









1691.

1. Ernesti, Joh. Henricus : De non indigna principibus  
delectatione ab artibus mechanicis petita.
2. Fellerus, Fridericus : Mirabilia : De praetibus Kalentiniis  
[cui historia oritur et progressus Collegii historici Turp. sac.  
cinche promissa et cinerea est.]
3. Herhusius, Antonius Guntherus : Turis naturae ac gentium  
summa capita in officiis humanis ad M. T. Cicerois  
officiis lib. I. Capp. 16. ~~et~~
4. Huebner, Joh. : De dilemmatibus politicorum.  
5. <sup>et</sup> Whigius, Gotthardus Nicolai : De vidua eiq. dum  
ipso satis fiat, ea mariti bonis sustentanda.  
35. ~~sept.~~ 1691. 1743
6. Orthobius, Joh. Fridericus : Exercitium enat. phys. in  
integrum  $\chi\alpha\lambda\eta\pi\alpha\sigma\gamma\ \omicron\sigma\omega\varsigma$  negotium exauriano. rip  
med. Sept. 1691.
7. Redel, Conradus Ruden : De obligatione juramenti dolori.
8. Redel, Conradus Ruden : Utrum electis magistratus melior  
sit successione ?

1691.

8. Riedel, Carolus Rudolphus: *Utrum Scleris magistratus melius sit successione?*
9. Schacher, Johann Christoph: *Utrum in contrahendo vel negociando aliquem circum pretium in partem dimissionem solva conscientia laedere liceat?*
10. Schmidtus, Johannes: *De usu carnis humanae licite.*
11. Schrencken Doerfferus, Bartholomaeus Leonhardus: *De conservatione vite publicae.* ~~Stutt. 1691 = 1715.~~
12. <sup>2. ed.</sup> Schrencken Doerfferus, Bartholomaeus Leonhardus: *De substitutione in vim arresti.* ~~Stutt. 1691 = 1715.~~
13. Tilius, Gulielm. Gerhard: *De putativo contractu liberali.*

DISSERTATIONE ACADEMICA

NON INDIGNA  
PRINCIPIBUS DELE-  
GATIONE AB ARTIBUS  
MECHANICIS PE-

Familia Indeta Facultatis  
Philosophice  
In Alma Pnylurea,

JOH. HENRICO ERNESTI

Augustus Gottlieb von Gosevitz  
Eques Milti.

MDCCCXXXIII CHRISTIANI SCHOLAE VINDOB.

Handwritten notes in the left margin, including words like "vel", "1711", and "Gesevitz".



5380

*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely German, covering the majority of the page.]*

N  
P  
C

M  
C





Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JVRIDICA  
DE

VIDVA, VSQVE DVM IPSI  
SATISFIAT, EX MARITI  
BONIS SVSTENTANDA,

Von der Weiber Gerechtigkeit, so nicht befugt,  
aus ihres Mannes Gütern zu weichen, bis  
ihr Eingebrahtes ersetzt ist.

QVAM  
DIVINA FAVENTE GRATIA

ET  
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS INDVLGENTIA

PRAESIDE

DOMINO


GOTHOFR. NICOLAO ITTIGIO,

PHIL. ET J.V.D. P.P. ET FAC. JVRID. ASSESSORE,  
DN. PRAECEPTORE AC HOSPITE, OMNI  
OBSERVANTIA AETATEM COLENDO,  
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVEMITTIT

Christian Ehrenreich Strobel,

DRESD. MISN.  
IN AVDITORIO JCTORVM  
AD D. XIII. AVGVSTI ANNO MDCXCI.

VITEMBERGAE, RECVSA, AO. 1748.



DISSERTATIO  
VIVVA, VSGV DVAI IPII  
SATI...  
BONI...

...

...

GOTTLIEB, NICOLAUS  
DR. PHASETORIE AC HOSPITI, OMNI  
ORBERV...  
PLAGDAN...

Christlichen...  
IN AVDI...  
...

Handwritten mark: *g* *1111*





2. D. B. V.

## PROOEMIUM.

**C**um æquitas naturalis tam in percipien-  
dis commodis, quam tolerandis in-  
commodis ejusmodi svadeat æquili-  
brium, ut personæ, quibus lucrum de-  
fertur, etiam gravamina sentiant, *L.*  
*un. §. 4. C. d. Cad. tol. junct. L. 10. ff. d.*  
*R. 7.* quid mirum: cur marito, eo quod  
ex divina ordinatione sit Dominus uxoris, *Gen.*  
*3. v. 6.* proindeque ejus caput *can. 15. causa 33.*  
*q. 5.* & gubernator dicatur *l. 8. C. d. pact. convent.*  
qui ejus corpore & substantia in omni sua vita  
fungatur, *juxta l. 12. pr. C. qui pot. in pign. &*  
præterea hæc illi tanquam principi familiæ *l. 106*  
*ff. de V. S.* non tantum obsequium *l. 12. §. 1. C. qui*  
*pot. in pign. & reverentiam l. 14. in f. ff. Sol matr.*

A 2

fed

sed & operas exhibere obstricta, *l. 48. in fin. ff. de op. Libert.* in tantum, ut constante matrimonio, licet per solam ipsius industriam acquisita, nihilominus cedant marito *l. 31. pr. §. 1. ff. de bon. int. vir & ux. Carpz. p. 9. c. 25. D. 8. §. 10.* cui etiam in bonis dotalibus dominium *l. 30. C. de Jure Dot.* in paraphernalibus ususfructus *l. 11. C. de pact. conv. ibique Brunnem. Landrecht, lib. 1. art. 45. Carpz. p. 3. C. 20. D. 33. n. 6.* & post mortem uxoris successio competit *L. un. ff. unde vir & ux. junct. Const. El. 19. seq. p. 3. ibique Carpz.* & quandoque alimentatio per *l. 73. §. 1. ff. §. l. 29. c. de Jure Dot. ibique Gothofr.* ut jam alia taceam commoda; simul & incommoda nonnulla sentire debeat? Vnicum ex multis nunc sisto; Sufficientem. Hæc enim marito incumbit non modo quosque uxorem vitæ habet sociam *arg. l. 1. ff. de R. N.* & utriusque fortunæ participem *l. 22. §. 7. ff. Sol. matr.* sed & cum gravamine quodam successivo post solutum matrimonium *conf. Card. Tusch. lit. A. concl. 287. n. 131.* siquidem juxta *Tiraq. de Nobil. c. 18. n. 5. & Bættiam intr. de inope debitore, c. 14. n. 7.* Vidæ quodammodo in matrimonio perseverasse adhuc existimanda *l. 8. in fin. ff. de Senat. l. 22. §. 1. ff. ad Munic. §. l. 3. pr. C. de priv. Schol.* usque ad tho-  
rum

rum secundum migraverit *arg. l. 13. C. de legit. her. & L. 10. C. de Nupt. Carpz. lib. VI. Resp. 100 n. 11.* Ut proinde huic ex illius, quamvis alias debitoris obæarati, bonorum relictorum substantia, defunctum quasi repræsentante §. 1. *Inst. de her. instit.* alimenta debeantur, non modo ad trigesimum post mortem mariti, sed & diutius, si id, quod ex hujus facultatibus eidem jure debetur, non est solutum *per l. 12. in fin. pr. C. qui pot. impign. l. 14. ff. ut in possess. segat. Const. El. 25. p. 2. in fin. Moll. p. 1. c. 28. n. 16. seq.* Et de hac posteriori sustentationis specie erit concepta hæc Disputatio, quam sic perpendere constitui, ut exhibeat „I. Cap Personas, nempe „subjectum sustentationis tam passivum, quam „activum, II. Rem, seu ipsam sustentationem & III. Actiones, sive remedia ad „sustentationis usum facientia, & quæ his „poni possunt, Exceptionis. Quod ut DEVS T. O. M. ad sui gloriam dirigat, est, quod summis suspiriis persequor.

CAP. I.  
DE  
PERSONIS SVSTENTANDIS ET  
SVSTENSTANTIBVS.

## §. 1.

**S**ubjectum, quod sustentandum venit, est Vidua; scilicet quæ id, quod ditempto matrimonio sibi ex mariti bonis debetur, nondum accepit. Oportuit enim ex æquitate sic disponi, juxta *l. 12. in f. C. qui pos. in pign.* cum, ut jam dictum, in simili ex massa uxoris defunctæ maritus superstes inops sustentari debeat *l. 73. §. 1. ff. §. 1. 29. C. de Jur. Dot.*

## §. 2.

Per Viduam autem subintelligimus eam, quæ fuit vel vere nupta, vel per juris interpretationem pro nupta secundum quid toleratur, sed marito suo orbata *per 1. 242. §. 3. ff. de V. S. junct. can. 16. dist. 34.*

## §. 3.

Ex quo videmus, quod, quæ nuptæ non fuerunt, regulariter huc non spectent: Itaque excludantur hic primo Virgines qua tales, nempe, quæ virum non sunt expertæ, *die von keinem Manne wissen*, uti accipiuntur in *l. n. §. 5. ff. de Act. Em. §. 1. ff. de Contr. Em.* Quamvis enim non negandum, quod in nostro jure Virgines & Viduæ sæpe æquiparentur, non modo in genere, dum Vidua juxta *l. 242. §. de V. S.* dicitur non solum, quæ aliquando fuit nupta, sed &, quæ virum nondum habuit: Verum etiam in specie, ut proinde ex tenore *L. Jul. de Adult.*

Adult. sic, ut in viduam, ita & in virginem dicatur stuprum committi §. 4. *Inst. de Publ. jud.* itemque tam viduis, quam virginibus, licet sub diverso effectu per l. 22. ff. de *Cond. & Demonstr. junct.* l. 14. ff. de *Leg. 3.* viduitas inteditur, per t. t. C. de *Ind. Vid. sol.* & *Nov. 22. c. 43. & 44. jung. Carpz. p. 2. Dec. 156.* Et cum hoc in odiosis sit observatum, multo magis videri poterat, idem & quidem potiori jure nostra causa sustentationis, quam existimo favorabilem, statuendum esse, maxime postquam videmus, in simili fecisse juris interpretes ad tit. C. quando *Imp. int. vid. & pup.* qui paria jura habere viduas & virgines statuerunt, & propterea privilegium fori immediati etiam virginibus obparitatis rationem competere existimarunt, ut *Azo n. 5. Bar. de sa n. 5. & Brunnem. ad d. tit. jung. Frac. Vivius Decis. 65.* ubi tradit, quod pluribus vicibus sic judicaverit in variis diversisque virginum causis. Attamen merito *Carpz. lib. II. Resp. 19. n. 56. & Gail. lib. 1. Obs. 1. n. 4.* hanc doctrinam vocant in dubium, eo quod, privilegia etiam favorabilia, tamen tanquam exorbitantia, ne quidem ob paritatem rationis & causæ, ad consequentiam sint trahenda, §. 6. *Inst. de J. N. G. & C.* ut taceam, in præsentī nostra materia plane diversam esse virginum & viduarum habendam rationem, siquidem hic agitur de onere matrimoniali eorum, qui per unionem legitimam censentur unum corpus & caro facti arg. l. 20. C. de *jure Dot.* quod ad virgines, qua tales applicari nequit.

§. 4.

Sed quid si virgines sint desponsatæ? Vexata quidem & hæc est inter Dd. quæstio: An Sponsa Vxoris & consequenter Viduæ nomine veniat? quam *Myns. Cent. 6. obs. 78.*

n. 1.

n. ii dicit Imperatoria decisione indigere, ne Judices in dubio fluctuent. Sed videtur res quoad præfens negotium jam decisa in *L. 5. C. d. bon. qua lib.* ubi dicitur: *Quamvis significatione nominis maritus vel uxor post ceptum matrimonium dicatur, ex quo videlicet inducta est dubietas, at tamen, quia consequens est, ambiguas causas atque legum diversis interpretationibus titubantes benigne atque naturalis juris moderamine temperare, non piget nos, aequitati convenientem Juliani tanta existimationis viri opinionem sequi, qui quidem de dotali pradio tractatu proposito, idem jus tam de uxore quam de sponsa observari arbitratus est, licet Lex Julia de Uxore tantum loquatur; quaratione tam sponsalitiã largitatẽ, quam hereditatẽ, quam memoratus sponsus sponsam lucrari voluit, non acquiri patri, sed ad eam pervenire, benignius esse perspeximus.* Cum igitur hic & alibi sponsæ detur jus succedendi, modo osculum acceperit *L. 16. C. d. Don. propter Nupt.* etiamsi nondum venit ad cubiculum mariti *L. 15. ff. d. Condit. & Dem.* (quamvis jure Sax. desideretur Benedicto Sacerdotalis *per const. Et. 24. p. 2.* & thalami concensus *p. 3. Const. 19. ibique Carpz. Def. 1. sq.*) insuperque Sponsa suo sponso quasi per anticipationem sæpe dotem prænumeret, & propterea eidem in Legibus detur actio pro dote, quam dederat, recipienda *L. 74. ff. d. Jure Dot.* imo & privilegium inter personales *d. l. 1. §. 1. ff. d. reb. aut. jud. possid. & l. fin. C. qui pot. in pign. vid. Carpz. p. 2. C. 24. D. 5.* Quid ni & concedamus sustentationem in casu, quod id, quod sibi ex massa sive ex pactis dotalibus, vel ex statuto aut consuetudine loci debetur, nondum accepit, cum & alias privilegium Vxoris Sponsæ quoque competat arg. *L. 74. ff. d. Jure Dot.* utpote quæ in favorabilibus nomine uxoris



ris venere solet, *vid. Brunnem. ad L. 5. C. de bon. que lib. n. 4. Gau. lib. II. obs. 80. n. 5.* Nec enim amplius ut virgines simpliciter, sed sub quodam respectu, nempe quatenus certa qualitate auctæ sunt, dum cingenda pro cincta habetur, consideratur *L. 15. ff. d. Sponsal.* Videmus hinc Sponsæ pro consequendis alimentis sibi debitis, in bona Sponsi etiam vivi, concedi quandoque immisionem apud *Carpz. Lib. II. Consist. Def. 136. jung. Berl. p. 3. Concl. 25. Tirag. de Lege Connub. Gloss. 2. n. 2. § 9.*

§. 5.

Præsupponimus itaque hic viduas ante nuptas, tam in gradu perfectiore, nuptiis plene prout decet, consummatis per *L. 5. C. d. bon. que lib.* vel, prout veteres dixerunt, si farre, usu & coemptione, ritibus adhibitis, in manus viri venerunt, quam etiam in gradu minus perfecto, Sponsalibus publicis intervenientibus, per tradita. Nam, quod Sponsalia clandestina concernit, vix est, ut hisce aliquid indulgeamus. Ut utenim negandum non sit, quod in causis matrimonialibus potissimum ad mutuum consensum personarum contrahentium sit reflectendum *L. 30. ff. d. R. 7. in primis postquam copula accessit carnalis, vid. Carpz. p. 3. C. 14. D. 12.* attamen hoc non de quovis consensu & vitioso intelligendum. Nec poterit hic vitium per æque vitiosum, congressum scilicet supervenientem corroborari; quorsum & respexit *Sereniff. El. in decis. 49.* Igitur istiusmodi femina ea, quæ attulit de facto sibi clandestine desponsato, vel vindicatione, vel Conditione indebiti, vel alio simili remedio recuperare potest; sed absque sperata sustentatione, donec ei satis fiat.

B

§. 6.

§. 6.

Excluduntur hic porro Concubinæ, siquidem hæ legitimis uxoribus opponuntur *L. 13. pr. ff. ad Leg. Jul. de Adult.* maxime ubi effusa fuerit concupiscentia per *Nov. 89. c. 12. §. 5.* nisi vel in ultimo mortis articulo per maritalem affectionem purgatum fuerit hoc vitium *arg. L. 11. C. d. nat. lib.* vel nisi desint liberi iusti; his enim deficientibus concubina participat de duabus uncis paternæ substantiæ *p. Nov. 89. c. 5. §. 4.* atque exinde etiam aliquid habet, quod, si nondum præstitum, intermediam sustentationem involvit.

§. 7.

Vtrumne autem a vero viduæ nomine & ita etiam a Viduitatis privilegiis ea mulier, quæ per pactum aliquod Morganaticum marito cuidam fuit juncta, sit excludenda? id quod sane quidem videtur affirmandum, quia contra rationem juris communis hoc matrimonium inicum vel exinde arguitur, quod talis assumpta, non, prout vulgo consuevit, dextræ, sed sinistrae manui ut plurimum jungatur, ut taceam alia singularia, quæ pactis Morganaticis specialiter determinantur, de quibus *Myler ab Ehrenb. in Gamol. cap. 6. n. 16. 20. sq.* Sed quicquid hujus rei sit, per talia pacta vel mores nihil decedit vinculo matrimonii individuo, benedictione sacerdotali firmato, *Dn. Seryk, Ex. Jur. Feud. cap. 7. Quest. 6. & 7. et a peccato arcente II. Feud. 29.* ubi simul liberi inde nati pro legitimis dijudicantur, ex vero matrimonio suis essentialibus requisitis haud destituito descendentibus, *Myl. d. c. 6. n. 15.* Et consequenter videri poterat, quod, finito hocce matrimonio, relictae omnia ea debeantur, quæ aliis legitimis uxoribus & viduis conceduntur. Verum a legitimo matrimonio ad successio-

nem

nem post finitum non semper argumentum valet, maxime postquam sibi imputare necesse habeat ejusmodi conjux, quod pactis morganaticis, tanquam singularibus proindeque strictiorem interpretationem habentibus non melius prospexerit. Et hinc aliis viduarum privilegiis non gaudet, nisi quatenus ipsi per pactum Morganaticum expresse prospectum, *vid. Dn. Stryk, de Vid. Nob. March. cap. 1. n. 46. sq.*

§. 8.

Sed quid de stupratis dicendum? Notum enim est, quod stuprator has vel ducere vel dotare debeat per *p. 4. Const. El. 22.* Si igitur contingat, eum mori, superest, ut ipsi stuprum passæ dos simpliciter debeatur, siquidem in alternativo quoties unum perit, alterum simpliciter præstantum per *L. 16. in pr. ff. d. V. O | §. ibi Brunnem.* Quemadmodum itaque viduis, si debitam dotem nondum ceperint, debentur alimenta, uti ex sequentibus patebit: ita idem videtur quoque dicendum de stupratis in dicto casu, maxime si per violentiam fuerunt stupratæ, ubi non est, quod possit illis imputari.

§. 9.

Excluduntur item Meretrices. Licet enim congregiendi cum meretrice, etiam sine ullis sponsalibus præcedentibus unum corpus quasi constituat & affinitatem inducat nuptias impetientem, etiam in casu, quo dubitatur aliquem patrem esse *L. 14. ff. d. R. N.* attamen hæc unitas corporis illegitima, sufficiens non est ad sustentationem ex massa cohabitantis, cum non promiscue luxuriantibus, sed honeste & pudice viventibus quasi in solatium Leges succur-

rant per *d. Nov. 89. c. 12. §. 5. circa fin.* Aliud autem esset, siquidem aliquis ex aequitate canonica, qua tanto in pretio prostibula ejusmodi habentur, ut etiam meretricem e lupanari uxorem ducere meritorium opus existimetur per *c. 20. x. d. sponsal. §. c. 32. q. 1.* hoc temperandum, & meretrices Viduarum quoque juribus dignas esse, cum Pontificiis interpretibus mallet, vid. *Menoch. arb. Jud. quest. lib. 2. cas. 66. n. 25.*

§. 10.

Excluduntur quoque, quæ per complexum nefarium & damnatum contra Legum præcepta fuerunt cognita. Nam hæc penitus ab omni successione et sustentatione erunt arcendæ §. 12. *Inst. de Nubr.* Nisi forte hic congressus per errorem non affectatum propter *cap. fin. in med. x. d. clandest. sponsal.* contigerit, qui exinde colligitur, quod delictum non clam, sed palam fuit commissum per *L. fin. ff. d. R. N. conf. Dn. Stryk. in Disp. de Jure putat. c. 2. §. 24. & Hertius in Disput. de Matrim. putat.*

§. 11.

Quid autem de ea scemina sentiendum, quæ ausu quodam protervo citra Parentum licentiam sibi maritum copulari passâ fuit? res sane non caret scrupulo. Licet enim *L. 5. C. d. LL.* hunc nodum solvere videatur, dum in genere censet, quod ea, quæ Lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed & pro infectis haberi debeant; cum qua etiam concordat *L. 14. §. 1. in fin. C. d. SS. Eccl.* Ut proinde etiam scemina spornens consensum in Legum præceptis in tantum requisitum, ut nuptias præcedere debeat *pr. Inst. de Nupt.* neque pro uxore, dum viveret quasi maritus, neque, eo mortuo pro vidua sit habenda,

da, *arg. c. 12. causa 32. q. 2.* Attamen non una omnium interpretum hujus Legis est explicatio, dum alii, inter quos eminet *Mornac. ad d. L. & Regnerus ibid.* eandem ad terminos saltem prohibitivos restringunt, quorum opinio videtur fundata ob verba prohibitiva sæpius in d. l. iterata: *Lege contrabere prohibente, tantum prohibuisse sufficiat, que lege fieri prohibentur, lege interdicante.* Ut proinde in hisce, quamvis nulla cassatoria clausula expresse sit determinata, tamen implicite contineatur, & negotium reddatur inutile, per *d. L. 5. C. d. LL.* Alii vero exinde generaliter statuunt: Omnem Legis transgressionem, five illa fuerit prohibitiva, five nude dispositiva, actus nullitatem inducere, etiam si hæc specialiter Legi non fuerit inserta, cum legis virtus æque consistat sicut id vetando & puniendo, ita quoque in imperando & permittendo per *L. 17. ff. d. l. ut Vasq. lib. 1. Contr. cap. 10. n. 6.* ubi addit, quod, si aliter statueretur, maxima pars Legum tam civilium quam canonicarum sit frustranea aut elusoria. Adhuc alii existimant: Actum non statim esse nullum ipso jure, si Lex aut Statutum non loquatur prohibitive, sed solum non permissive, nisi expresse clausula cassatoria actus legi fuerit simul inserta; hocque illustrent exemplo ex *l. pen. & ult. C. d. Sentent. experic. recit.* ubi Imperator, & quidem in illa Lege, locutus est non permissive, quod scilicet iudices non debeant subitas, sed potius ponderatas sententias primò concipere, & emendatas demum in libellum conferre, atque denique sic scriptas ex libello recitare: in hac vero simul prohibitive cum clausula cassatoria, ut, si aliter dacta fuerit sententia, nec nomen quidem sententiæ habere debeat, quia potius

citra Appellationem sit rescindenda, ut *Cassan. Confli. 39.*  
 quem refutare conatus *Tiraq. Gloss. 4. connub. 5. sq.* putans,  
 etiam in non permissivis, de facto autem expeditis nego-  
 tiis actum annullari, cum sufficiat, in Lege occurrere ver-  
 ba: *Non. potest.* utpote quæ important necessitatem, dene-  
 gantque omnem potentiam, qua actui resistitur, eo quod  
 inducant formam, cujus transgressio actum reddat nul-  
 lum, cum non possit fieri per æquipollens, *add. Dec. El.*  
*26. ubi exempl. Brunnem. ad d. l. 5. n. 7.* dicit: commissum  
 in Legem nullum, habere effectum quoad commodum fa-  
 cientis (bene tamen in odium ejus propter obligationem  
 ex delicto ad pœnam) etiam si Lex non prohibitive saltem  
 fuerit concepta; hocque extendit etiam ad id, quod ex  
 ejusmodi actu Legi contrario subsecutum est, nisi forte  
 legi vetanti pœna fuerit inserta alia, quam cassatoria. Id  
 quod tamen non admittit *Cbristin. ad d. l. decis. 62. n. 2.* cum  
 sic toleretur actus, qui tamen sub pœna interdictus, & pe-  
 rirer vis Legis, si pœna adjecta eam redderet imbecillio-  
 rem, cum inducta ad unum effectum non debeant operari  
 contrarium. Vt jam alios taceam Interpretes, Mediam  
 nobis quasi ex his omnibus opinionibus eruere placet sen-  
 tentiam, distinguentem, utrum Lex sit concepta Dispo-  
 sitive, five non permissive, an vero Prohibitive. Si dispo-  
 sitive, tunc iterum respiciendum erit, utrum simpliciter  
 fuerit Lex locuta, an vero qualificate, certam scilicet ad-  
 huc formam simul præscribendo. Si illud contigit, actus  
 legi sic contrarius non statim totus erit nullus, quia in du-  
 bio pro validitate actus pronuncianudm *L. 80. ff. d. V. O.* be-  
 ne tamen, si hoc,, quia forma non potest per æquipol-  
 lens fieri, *Insch. lit. A. Concl. 136. Vant. d. Nullis. est. quot*  
*& quib*

*Et quib. mo. Nullit. n. 52.* Si prohibitive, tunc iterum subdistinguentium, utrum Lex fuerit simpliciter concepta an vero addita pœna: si illud, tunc actus erit nullus, si hoc, non erit talis, cum propter pœnam adjectam quasi dispensetur quoad actum, *Tuscb. lit. A. Concl. 141. n. 8.* nisi forte & hoc casu pœna cassatoria & nullitatis actus legi inferus vel etiam quis abuti velit ista dispensatione. Jam applicabimus hoc ad casum præsentem; sique evolimus loca, ubi agitur de consensu parentum necessario, sane lex vel dispositiva saltem loquitur, ut in *pr. Inst. d. Nupt. ibi. Cives Romani juxta Legum præcepta coeant, ita, ut liberi habeant consensum parentum, in quorum potestate sunt*, quod etiam fit in jure can. *in can. 5. causa, 30. q. 5.* vel ad minimum non permissive ut in *L. 2. ff. d. R. N. Et can. 1. causa. 30. q. 5.* vel ut in foro Sax. prohibitive, adjecta pœna exheredationis, itemque carceris, sed ab que cassatoria clausula, in *Ordin. Matrim. tit. Von Ehegel. §. Es sollen sich keine Kinder ohne Vorwissen der Eltern verloben, und wenn gleich &c.* Igitur in casu spreti consensus de facto contractum matrimonium non erit ipso jure nullum, nec vicissim rescindendum, quin potius ob pœnam conjunctam tolerandum, quasi per dispensationem. Sic enim vel ipse Moyses matrimonium in gradu licet prohibitive, de facto tamen contractum non dissolvit, sed pœnam saltem adjecit. Portabunt iniquitatem suam, sine liberis morientur, *Lev. 20. v. 17. 19. vid. Carpz. Lib. II. Consist. Def. 54. n. 7. Et 8.* Et per consequentiam sic contrahens scœmina post mortem mariti pro vidua erit habenda. Idem etiam censendum de scœmina contra Magistratus prohibitionem humanam contrahent. *Carpz. Lib. V. Resp. 112. n. 13. Et 14. Lib. III. Conf. Def. 88.*  
n. 78

n. 78. Nam & hæc pro vidua habenda, secus quam ea, quæ nefariam vel incertas nuptias iniit, §. 12. *Inst. de Nupt.* Hæc enim superstes in hujusmodi casibus ab hereditate defuncti penitus arceatur, & dos fisco cedat, *L. 4. § 6. C. d. incest. § L. 52. ff. d. R. N.* & consequenter nec sustentationis particeps evadet.

§. 12.

Hactenus itaque satis, ut puto, perpendimus Viduam, quæ fuit vel vere nupta vel per juris interpretationem pro nupta secundum quid toleratur. Hinc porro restabit, ut & videamus, qua ratione vidua marito suo orbata audiat. Accidit autem id ipsum in genere tam civiliter, quam naturaliter; adeoque quousque uterque modus hic applicari possit, ulterius nunc solliciti erimus.

§. 13.

Quod orbitatem civilem concernit, contingebat quidem hæc olim tam maxima quam media capitis diminutione maritorum per *L. 56. ff. Sol. matr.* & pro mortuis habebantur, qui easdem sustinuerunt *L. 63. in fin. ff. pro Soc. junct. L. 59. in fin. ff. d. cond. § Demonstr. § L. 1. §. 8. ff. d. bon. poss. contr. 2 ab.* perindeque erat juxta *L. 24. C. de Donat. int. vir. § ux.* quasi mortuos non pœna sed natura subduxisset, & consequenter relicta sibi jara illibata tam quoad successionem, quam alia poterat conservare, ne alieni criminis infortunio adstricta videretur. Verum cum nostris moribus hi modi matrimonium solvendi in desuetudinem abierint per *Nov. 22. C. 8. § 13.* ideo nec multum laborabimus de applicatione cum *Ritterbusio p. 4. c. 7. n. 12. in fin.* (Assimilantur quidem hodie communiter deportatis ban-

niti,



niti, nec non ad triremes condemnati, ut proinde propter horum absentiam *Gail. 1. obs. 1. n. 44.* Vxores eorum viduas appellare posse statuerit, cum paria esse videantur, utrum quis nullum, an vero inutilem habeat maritum *arg. c. 2. §. sed. neque istud, X. d. Translat. Episc.* Sed vix est, ut quælibet absentia vel corporis separatio vinculum conjugale solvat, *c. 2. X. A. Divort.* cum cusus, in quem maritus incidit, non protinus solvat affectionem matrimonialem per *L. 1. C. d. Repud.* ob spem postliminii, *L. 12. §. 6. ff. d. capt. & post l. revers.* quorsum & respicit *Nov. 117. c. 11.* ) Atque huc etiam quodam modo spectare posset Captivitas per *L. 1. ff. d. Divort. L. 12. §. 4. ff. d. capt. & post l.* ubi expresse habetur, quod captivi uxor, cæmeti maxime velit, non tamen sit in matrimonio, hocque propter servitutem, in quam olim incidebant homines captivi, *§. 4. Jud. de Jure Person.* cujusque causa jura civilia, inter quæ etiam suo modo matrimonium refertur *pr. Inst. d. Nupt.* amittebant *L. 56. ff. Sol. matr.* eum superveniente servitute, alteri personæ fortunæ inæqualitas, æqualitatem ex Nuptiis manere non sinat, *Nov. 22. c. 7. & p.* Verum moribus nostris propter captivitatem matrimonium amplius dissolvi negamus per *d. Nov. 22. c. 7.* etiamsi aliquis inter Turcas captus teneatur, cum servitute observantia, quæ inter Turcas etiamnum obtinet, nostra jura haud quaquam imminuere possit, atque ita acta inter Turcas Christianis haud præjudicent *arg. fin. ff. d. Jurisd.* maxime postquam jure can. quoque cum servis initum constet matrimonium *t. t. X. d. Conjug. Serv.* Ut inde etiamnum matrimonii vinculum maneat indissolubile, ipsaque sustentatio ex maritali obligatione æstimetur, *vid. Tuf. lit. A. concl. 287. n. 129. 132. 133. jung.*

C

— Carpz.

*Carpz. p. 3. Const. 15. Def. 48. n. 8.* modo fuerit certum, maritum adhuc vivere, *L. 6. ff. d. Divort.* licet quam difficillime spes redeanti appareat, nam difficultas præstationis non facit ipsam obligationem inutilem, *L. 2. §. 2. in fin. ff. de V. O.* Si vero incertum sit, utrum superesset maritus, per totum quinquennium a tempore captivitatis computandum *per de l. 8. ff. de Divort.* mulier de jure in matrimonio perseveret *per. d. l. & Nov. 22. c. 1.* Interim tamen huic dispositioni quoad quinquennium hodie derogatum est *per Nov. 117 c. 14. vid. Brunnem. ad l. 1. & 8. ff. de Divort. n. 10.* cum non ante, quam probatum fuerit, maritum captivum obiisse, matrimonium pro dissoluto censeatur *c. 19. X. de Sponsal. vid. Wissenb. ad Dig. Disp. 48. 14. item Carpz. lib. 11. Conf. Def. 166.* nisi alie concurrentes presumptiones pro morte mariti ex proveciori ætate, *vid. Carpz. p. 3. C. 15. D. 57. n. 10. & Dn. Rivinus in Disp. de Favore juris circa bona diu absentium, §. 28.* militantes, viduitatem aliquam inducerent; id quod prudentis arbitrio relinqui posset.

## §. 14.

Hodie potissimum orbitas quædam Divortio contingit, quod si modo iura subest causa, toleratur. Eminent vero inter has Adulterium, maxime quod hoc gladio ultore coerceatur, tam de jure divino, *Lev. 10. v. 20.* & civili, *§. 4. Inst. de publ. jud. jung. Const. Carol. art. 120.* quam Saxonica, *per Const. El. 19. p. 4. vid. Berl. p. 4. Concl. 37. n. 45. sq.* Cum autem non ubivis observetur hæc capitis pœna in adulteros, partim propter intercessionem conjugis innocentis, ob quam in favorem matrimonii, rigor pœnæ in mitiorem commutatur, *juxta d. Const. El. 19. p. 4.* partim pro-

propter criminis abolitionem per principem jure aggratiandi factam, vel etiam, quod in certo territorio non major, quam relegationis aut pecuniaria poena adulterio definita, ut in Stat. Hamburg. tit. 29. & Lubec. Lib. IV. tit. 6. art. 2. (quamvis hanc litem, quod remissior hæc poena ideo a Legumlatoribus istis sit introducta, quod crediderunt, in hoc crimine aliquid humani vitii versari, & quod accusare aliquando facilius sit, quam vitare, ac interdum vix quendam eo crimine offendi, quin sit, quod in eo prius accusetur, quam rationem ex *Heiglop. 2. q. 29. num. 75.* eam referente, sed improbande adducit *Mez. ad Jus Lubec. Lib. IV. tit. 6. art. 3. n. 4.* *nam non faciam*) igitur, quid in his casibus observandum? quer. Et hic quidem quoad priorem non possum non respondere, quam quod matrimonium adhuc indissolubile existimandum, & quidem cum discessus onere & participatione. Nam etiamsi alias iniquum videretur, unius delicto alterum plecti ac prægravari *l. 22. C. de pen.* & mariti criminis infortunio uxorem adstringi. *l. 24. C. de Donat. int. Vir. & Vx.* sufficit tamen quod ira volenti injuria non inferatur *l. 60. §. 3. ff. Loc. præcipue cum sibimet ipsi uxor post intercessionem suam, nostris in terris communem calamitatem attrahat, per d. Conf. El. 19. p. 4. §. sedoch wollen wir etc.* id quod omne jam per se satis est clarum. Verum majus dubium subest quoad reliquos casus, ubi nempe vel per principem ex jure aggratiandi criminis abolitio facta, vel per statuta localia aut relegationis, aut pecuniaria saltem poena injuncta, absque expressa mentione matrimonii insimul. dissolvendi. Videtur equidem, quod, cessante licet dissolutionis mentione, nihilo tamen minus ea semper sit subintelligenda, quia

quia adulterium solvit unitatem carnis & fidem conjugalem, & sic ipsa matrimonii substantialia abolet, ob unionem adulteræ, cum qua vir adulterans vicissim una caro existit, *1. Cor. 6. v. 16.* atque sic pari propemodum ratione ac per mortem vinculum unitatis dissolvit, ipsa matrimonii Lege, quam adulter nefarie est transgressus, *vid. Carpz. pr. Cr. qu. 63. n. 8. sq.* Ut inde ipso jure citra Legis mentionem matrimonium pro dissoluto ea de causa habendum esset, - utpote quæ & jure divino pro sufficienti aestimata fuit, *Matth. 5. v. 32. & 19. v. 9.* At enim vero cum quilibet favori pro se introducto renunciare possit, atque ita, si nostro in casu innocens nocentem in thorum recipiat, hocque modo de jure suo remittat *per c. 4. c. 32. q. 1. vid. Carpz. pr. Cr. Quæst. 55. p. 100.* nihil video, quid obstat, quo minus hicce matrimonii vinculum adhuc indissolubile adstruam, propter notissimam alias odiosorum restringendam naturam, etiam si quoque perpetua relegatio, ac per consequens perpetua mariti absentia subsequatur, *arg. c. 19. X. de sponsal.* Nam sicut propter deportationem nulla obtineat dissolutio *per Nov. 22. c. 13.* ita multo minus illa locum sibi vindicare potest, ubi maritus saltem relegatur *arg. l. 21. ff. de R. J. jung. l. 7. §. 2. seq. ff. de interd. & releg.* Accedit etiam, quod divortium alias ipsi primæ Dei institutioni repugnet, *Carpz. lib. II. Const. Def. 180. n. 3.* insimulque perpetuus ille matrimonii contractus saltem per modum dispensationis antheac dissolutus legatur, *Id. d. l. n. 7.* Sed quær. Quid si pars innocens vel quoad Relegationem in adulterium statutam nocentem sequi, vel quoad pecuniariam pœnam, aut ejus remissionem a Principe ex ure aggratiandi factam, propter continuas rixas atque alia  
 incom-

incommoda ex hac labe provenientia, in matrimonio per-  
sistere detrectet, illudque, Legibus licet tacentibus, ni-  
hilominus tanquam dissolvendum urgeat? Hic equidem in  
puncto Relegationis supposito poterat videri, quod, quia  
in statuto Hamburg. & Lubec. alium sit de dissolvendo  
conjugio silentium, nec divortium propter adulterium lo-  
cum habere queat, cum hujusmodi Statuta strictam admit-  
tant interpretationem, *Card. Tusch. lit. S. concl. 496.* ac pro-  
inde ultra verba sua non sint extendenda, *c. 8. X. de con-  
suet.* insuperque & hic & in cæteris casibus discordia-  
rum pruritus & ansa femoveri possit separatione quoad tho-  
rum & mensam, *Carpz. lib. II. Conf. Def. 210. n. 15.* Atta-  
men, quia, ut jam diximus, fracta fide conjugali, sub-  
stantia conjugii solvitur, non puto, cogendam esse con-  
jugem innocentem, ut invita perseveret cum adultero, quin  
potius ad ipsius instantiam arbitror dimittendam, præce-  
dente tamen conciliationes tentamine; Quorsum & respi-  
ciunt sententiæ apud *Neuenb. de Jur. vid. membr. 1. Sect.  
6. lit. E.* Als wird N. des Landes verwiesen, und sein Weib  
ihm zu folgen fleißig vermahnet, kan aber wider ihren Willen  
dazu nicht genöthiget, noch gezwungen werden *N. R. W.  
Et ap. Carpz. II. Conf. Def. 189. circa fin.* Daß ihr Ehemann  
Gottfried M. an ihr Ehebrüchig, und deroenthalben daselbst an  
den Pranger gestellet und zu ewigen Zeiten verwiesen worden;  
So wird sie der Ehe halber von ihme billig absolviret und ent-  
bunden. Accedit, quod licet Principi jus aggratiandi non  
sit in dubium vocandum, ne hic illud tamen in tertii præ-  
judicium exercere debeat *l. 7. C. d. prec. Imper. Offer.* Ut  
proinde contendam, etiam his casibus orditatem esse fun-  
datam.

§. 15.

Quemadmodum, uti ex præcedentibus constat, ex vero adulterio matrimonium dissolvitur, ita pari tantum non ratione ob quasi vel tacitum adulterium, quod ex diuturna desertione conjicitur, *vid. Carpz. lib. III. cons. Def. 70. n. 7. & Def. 71. n. 11.* orbitarem malitiosa mariti desertio conciliat. Nam ut ut alias uxori non liceat alteri nubere ob longam mariti absentiam, priusquam de morte ejus sit certiorata *c. 19. X. de Spons. alia tamen est ratio malitiosæ mariti desertionis, qua is vel tædio conjugii, vel alia levitate conjugem deserit, Carpz. lib. II. Cons. Def. 192.* modo moribus nostris, etiam nondum expectato certo alias determinato tempore, *de quo vid. Beuß. de Matrim. p. 2. c. 27.* tribus Edictalibus publicis citationibus vocatus, non comparuerit, *Carpz. p. 3. Const. 26. D26. & Finckelth. Obs. III. n. 15.* ubi in Rescripto Electoralihæc verba habentur: Daß in casu malitiosæ desertionis unter Eheleuten hinführo das deserirte Theil nicht sieben Jahr nachwarten, sondern solches in arbitrium Judicis gestellet, und also dann nach Verfließung eines ganzen oder halben Jahres, nach Gelegenheit der Fälle, die Edictales citationes auf des Klagenden Theils Ansuchen ertheilet werden sollen.

§. 16.

Atque huc etiam quodammodo spectare posset Impotentia, quæ præcessit matrimonium, *vid. Neu nb. de Privil. vid. memb. I. Sect. 4. lit. E.* aut pertinax etiam debiti conjugalis denegatio, *Id. d. 4. Sect. 5. lit. d.* Quemadmodum enim is abesse, & debito more ac modo non adesse *arg. §. 3. Inst. de Satisd. Tur. & l. 6. ff. qui, satis cog.* ita hic quoque conjux,

jux, etiam si corpore praesens, animo tamen conjugali absens, pro contumaciter absente merito habentur, *l. 1. C. de Repud. jurg. Covar. pract. quest. c. 7. n. 2. & Gail. Lib. 1. Obs. 1. n. 45.* modo etiam circa has causas sententia aliqua condemnatoria prius accesserit, *Conf. Dn. Stryk in Tr. de Jure Sens. Diss. l. c. 1. n. 25. & Dn. Simon. de Impot. Conjug. cap. 7. p. tot.*

§. 17.

Hæcce de Orbitate Viduæ ex statu civili sufficiant. Ex statu autem naturali ipsa mors orbitatem quandam constituit, *vid. Carpz. Lib. II. Conf. Def. 166.* Id quod ipsum cum nemo facile sanioris judicii negaverit, ulterius etiam deducere nolumus. Istud saltem adhuc notabimus, quod si maritus aliquis miraculose resuscitaretur, nos eum ex jure postliminii restituendum eo usque relinquamus, donec casus contigerit, *jung. gl. ad can. 2. caus. 32. p. 7. in vb. nunquam, it. Neuenb. d. Jur. Vid. memb. l. Sect. 4. lit. d.*

§. 18.

Consideravimus hæctenus viduam & modum Orbitatis. Superest, ut consideremus etiam, quænam sint, quæ, si non ipsi præstantur, diremto matrimonio Sustainationis onus implicent. Multum autem hic insimul interessè arbitror, utrum vidua propter se, an vero propter ventrem aliquid desideret. Nam si posterius contingit, erit interim sustentanda, donec vel pariat, vel abortum faciat, vel aliter certum sit, eam non amplius esse, vel fuisse prægnantem. Nec quicquam hoc in passu oberit, utrum suam dotem illatam, vel etiam Dotalitium jam receperit, vel  
non

non, *L. 5. ff. d. Ventr. in pos. mitt. jung. Boc. tr. d. Donat. cap. 11. n. 41.* quia hic non tam ad viduam, quam ad partum in utero existentem habeatur respectus *d. L. 5.* Igitur & hujus nomine in possessionem mittatur, & Curator constituitur, qui eidem ex bonis defuncti mariti provideat, *L. 1. §. 17. & 19. ff. d. Ventr. in pos. mitt.* Nec postmodum hæc tenebitur ad refusionem eorum, quæ accepit, & prætextu sustentationis consumpsit, licet temporis successu cognoverit, se non esse prægnantem, *L. 3. ff. d. Ventr. in pos. mitt.* modo abstinerit a dolo malo. Hoc enim commisso, pœnam refusionis non evitabit *L. un. §. 1. 2. 4. & 5. ff. simul. ventr. nom. in pos.*

§. 19.

Sed si propter se principaliter quærit sustentationem, eo, quod illud, quod sibi debetur, præstitum non fuit, multum refert maxime in foro Sax. utrum sit Nobilis, an Plebeja.

§. 20.

Quæ Plebejæ debentur, dependent ex provisione vel hominis, vel etiam Legis. Illud iterum vel per modum ultimæ voluntatis, vel per actum inter vivos contingit. Quod actum inter vivos attinet, prospicitur sæpe viduis per pacta dotalia *t. t. ff. d. pact. dot.* quæ, si adsunt, ante omnia erunt observanda per *Const. El. 20. p. 3. ibi.* Wenn zwischen Eheleuten Ehestiftungen beredet, daß denselben nachgelebet; *add. Col. p. 3. Dec. 61. & in proc. exec. p. 1. c. 3. n. 241. Carpz. p. 2. C. 43. D. u.* cum hominis provisio communiter tollat provisionem legis, *L. fin. C. d. pact. conv.* quæ hoc loco tam firma, ut nec testamento vel alia ratione in præjudicium



cium superstitis viduæ per maritum interverti queat *arg. L. 5. C. d. O. & A.* cum conventiones legem nent contrahentibus *L. 1. §. 6. ff. de pos. jung. Carpz. p. 2. C. 43. D. 11.* quemadmodum & ex adverso vidua obstringitur ad præcisam pacti dotalis observantiam per *Const. 37. p. 3.* quoniam Summæ sit æquitatis, idem jus sibi dici, quod ipsa aliis dixit, vel dici effecit per *L. 1. ff. quod quisque jur. &c.* Nec audienda, siquidem velit pœnitere, *vid. Berl. p. 3. Concl. 27. n. 28. sq.* vel ab iis ad statutum aut jus provinciale confugere, *Moller. ad d. Const. El. 20. n. 10. Berl. p. 3. Concl. 27. n. 29.* etiamsi prætendat, se eodem lædi dum plus dimidio consequeretur, si marito succederet non secundum pactum sed juxta jus commune, *Carpz. p. 3. C. 20. D. 3.* quia in futura successione non tam ex litis eventu, qui non poterat prævideri, quam ex rerum statu, qui aderat tempore conventionis, læsio judicanda; ut inde nec postmodum permissum erit provocare ad beneficium *L. 2. C. d. Ref. Vend. t. per Const. El. 34. p. 2.* Quamvis tissentur etiam *Peck. in Tr. d. Testam. Conj. Lib. 1. c. 32. n. 5. Moller. in Sexestr. Lib. 1. c. 13. n. 8.* esse consuetudines certorum locorum, ubi vidua, pacto dotali neglecto, reclamantibus licet mariti heredibus, provocare tamen possit ad successione juris communis & municipalis. Cæterum quia in pactis dotalibus quandoque viduis non tantum donatio propter Nuptias, in majorem dotis securitatem, sed insuper etiam dos illata repetenda conceditur; quare. Vtrum, si alterutrum horum viduæ ab heredibus præstitum, nihilominus maneat integra facultas sustentationem urgendi, donec eidem quoque ratione residui satisfiat? Ratio dubitandi hæc esse posset; quod, alterutro accepto, habeat, unde interim vivere valeat, possitque respectu residui, ob morosas dilationes, usuras seu interesse

D

pere-

petere, *vid. Surd. d. Alim. tit. 1. q. 45. n. 30. Et tit. 9. q. 13. n. 3.* hocque maxime, ubi dos, quæ alias gaudet privilegio intermediae sustentationis, fuit restituta, *vid. Carpz. L. IV. Resp. 20. n. 14. Et Myns. Cent. 1. Obs. 64.* Sed decidendi ratio consistit generalitate *Const. 25. p. 2.* ibi: *bisß sie des ihren ver- gnügt.* Lege autem non distinguente, nec nostram erit distinguere *L. 8. ff. d. publ. in rem act.* Deinde & ultimis voluntatibus maritorum (quorsum & referi debent ea pacta dotalia, quæ in vim ultimæ voluntatis sunt erecta, *vid. Carpz. p. 2. c. 43. D. 10.*) quandoque viduis prospicitur; Sed tunc in harum arbitrio est, portionem sibi isto modo delatam vel agnoscere, & ex testamento, quod prima sui figura viruperatione caret, paratam executionem & immisionem in possessionem bonorum defuncti *ex L. fin. C. d. Ed. div. Hadr. coll. urgere, Parlador. rer. quorid. Lib. 2. c. fin. p. 1 §. 9. n. 1. Carpz. p. 3. C. 13. D. 35.* vel etiam repudiare & se conferte ad juris statutarii aut alius juris communis dispositionem, cum nemo cogendus, damnosam sibi hereditatem aut ejus partem acquirere *L. 16. C. d. Jure delib. t. t. C. d. repud. vel. absther.* Ut proinde viduæ libera sit & maneat electio per *Const. El. 44. p. 2. Et Const. 37. p. 3.* n tantum, ut hanc maritus eidem per suum testamentum aut aliud factum auferre nequeat. *L. 11. Et 74. ff. d. R. 1.* Quicquid ergo ipsa elegerit, præstandum erit.

§. 21.

Cessante hominis provisione, respiciendum ad Legis provisionem, ubi prima causa erit Statutorum, in quibus, quæ viduis post mortem maritorum debentur, dispositum, per *Const. El. 20. p. 3.* Hæc enim juri communi præferuntur & jubentur etiam Camerae Assessores respicere *in ord. Cam. p. 1. tit. 57. vs.*

*vs.* Es sollen nach denen Landis. Ordnungen u. Statuten derer Fürstenthum sich richten; *jung. Mev. ad Jus Lub. Lib. I. quest. pral. 1. n. 39.* Cum itaque hic Lipsiæ *juxta Carpz. p. 3. C. 20. D. 6. d. 13.* Febr. 1593. promulgatum fuerit statutum cujus vigore, pacto dotali deficiente, viduæ indulgetur, vel sua bona illata repetere, vel etiam, facta collatione omnium suorum bonorum tertiam partem una cum gerada recipere, si liberi adfuerint, nec ne, merito huic insistendum erit. Cum vero in hoc statuto non simul exprimatur intermedia sustentatio, donec eidem satisfiat, videri poterat, quasi nec ea viduæ concedenda sit, cum statuta sint stricti juris. Sed, quia notum est, defectum statutorum suppleri ex Lege provinciali, *Card. Tusch. lit. S. concl. 44.* quæ. h. I. est *Const. 25. p. 2.* qua generaliter disponitur, sustentandam eo usque viduam esse, donec ad votum suum adspiraverit; ideo & huic erit inhaerendum: etiamsi vidua habitaverit in suburbiis Lipsiensibus. Quia enim hæc cum urbe unum quasi corpus constituunt, dum sub uno eodemque Magistratu & Judice continentur, hinc viduæ etiam subrubanæ cum urbanis iisdem privilegiis fruantur, *Phil. in Us. Pract. Instit. Lib. I. Ecl. 3. Carpz. P. I. Dec. 2.* secus ac vidua Pleissenburgensis, eo, quod ista arx partim mœnibus & fossis partim etiam Jurisdictione sit distincta, *conf. L. 2. pr. ff. d. V. S. & ibi. D. d.*

§. 22.

Sed quid si ad evitandum Sustentationis intermediae onus, Personæ ad istiusmodi obligatæ protinus offerant viduæ ea, quæcunque elegerit, ipsa autem adhuc dubitans fluctuet, quid malit habere, proindeque ad annum deliberationis provocet, cum expectatione suæ sustentationis interim habendæ? Sane poterat videri, hæreses præter ipsorum

D 2

moram

moram non esse gravandos, maxime, quod disertis verbis in *L. 24. in fin. ff. Sol. marit.* dicatur, non esse ferendam hanc mulierem, quæ dicat, magis se velle dilationem pati, quam in repræsentatione deductionem. Verum, his non obstantibus, pro vidua adhuc respondendum arbitrari, cum juris sit certissimi, quod, qui jure suo utatur, nemini faciat injuriam per *L. 24. in fin. L. 26. § pass. ff. de damn. inf. L. 141. ff. d. R. I.* Jam si subsumimus de vidua, res erit clara, siquidem hæc ad minimum in respectu ad portionem statutariam elegendam, ad exemplum cæterorum heredum, beneficio deliberandi annuo gaudebit *p. L. 19. C. d. Jure delib. et decis. El. 200. § 7.* Et quamvis non negandum, in dote hoc esse hereditibus indultum, ut etiam non expectato anno maturare hujus solutionem possint, licet hæc contingat quodammodo vidua invita, dum forsitan nescit, quorsum tuto collocet sortem acceptam: tamen hic diversa est ratio eligendorum illatorum paraphernalium, & receptitorum, nec non portionis statutariæ. Nam dotem considerando, terminus solutionis annalis, quemadmodum in gratiam heredum tantquam debitorum est introductus *L. un. §. 7. C. d. R. U. A.* ita potest ab his anticipari *L. 29. C. d. pact.* quod secus est in nostro casu supposito, ubi electio non hereditibus, sed viduæ relinquitur, tanquam creditrici, cui jus suum quæsitum auferri nequit.

§. 23.

Hactenus de statutis, quibus deficientibus ad consuetudinem deveniendum *p. L. 32. §. 35. ff. d. LL. & quidem ejus loci, ubi defunctus suum habuit domicilium L. 65. ff. d. Judic. junct. Const. El. 20. p. 1. ibi. Des Orths, da der verstorbene Mann wohnhaftig eine beständige Gewohnheit*  
vor

vorhanden. Cum igitur hic in Saxonia sæpissime in pagis provocetur ad loci in veteratam consuetudinem, cujus vigore viduis, collatis prius suis bonis, ex defuncti massa saltem dimidia pars, & quidem absque mentione alicujus optionis debetur, ideo hac occasione quæritur: Utrum vidua præcise ista portione debeat esse contenta? Multum sane quidem hic refert, affirmative an negative hæc decidatur, quia priori casu vidua se non modo privabit collatis suis bonis, sed insuper quoque tenebitur non secus ac cæteri hæredes pro rata suæ portionis Creditoribus mariti p. *Const. El. 20. p. 3. ibi. Nach Ablegung der Schulden*; quod tamen fallit altero casu, siquidem tunc salva habebit omnia sua Privilegia, *Carpz. p. 3. C. 20. d. 46. Berl. p. 3. Concl. 27. n. 82.* Quicquid tamen sit, affirmanda erit quæstio, cum diuturna consuetudo pro jure & lege debeat observari p. *L. 33. § 35. ff. d. LL.* quod & diseruissimis verbis voluit Sereniss. Saxoniae Elect. *Christianus II. in suo peculiari Rescripto de dato Dresd. 15. Dec. 1606.* cujus tenorem. refert *Carpz. p. 3. C. 20. d. 13.* Daß auf des Orths beständig hergebrachte Gewohnheit præcise geentheilet, und den Wittwen disfalls die Wahl zu ihren Einbringen nicht verstattet werden soll. Nec habet vidua, quod de damno collationis necessario, & inde dependente privatione suorum bonorum forte mariti bona superantium queratur *L. 167. pr. ff. d. R. N.* cum tempestive sibi aliter partim per testamentum mariti, aut etiam pactum dotale, vel alia simili ratione prospicere potuerit. Neque his obstat, quod *in Constit. ipsa Elect. 20. p. 3.* dicitur: Jedoch soll der Frauen NB in alle Wege frey stehen, ob sie zu ihren eingebrachten Guthe kiesen, oder nach Gelegenheit der Fälle zu dem dritten oder vierdten Theile greiffen will, und ihr solche Wah

ohne Unterscheid gewiß werden, quia hæc constitutionis verba non sunt referenda ad primum membrum dictæ Const. ubi scilicet agitur de pacto dotali, & de portione statutaria aut ex consuetudine debita. Nam hæc sunt servanda; Sed ad secundum membrum, verb. Wo aber diese Dinge ungewiß, scilicet si deficit pactum dotale, si deficit statutum, si deficit consuetudo certum quid exprimens. Nam tunc semper ei datur optio, & quidem sine discrimine, utrum maritus reliquerit liberos, vel non, plures vel pauciores, dives an pauper sit maritus, *Moller ad d. Const. 20. p. 3. n. 37.* Ne tamen quis ex generalitate Rescripti Electoris Christiani II. jam recensiti iudicet, quasi sic nunquam competat jus optionis viduæ, in casu existentis consuetudinis dimidiam vel aliam partem assignantis; ideo *Carpz. d. l. Def. 14. n. 7.* limitationem ex ipso Rescripto adjecit: nisi nempe ob æs alienum mariti contingat Concursum Creditorum, §. Wenn aber zwischen des Mannes Creditoren und Wittwen der Erstigkeit halber gestritten würde, daß es bey der 20. Const. p. 3. so wohl an den Privilegiis dotalibus allenthalben verbleiben und darauf erkannt werden soll. Quisquis autem casus ex præcedentibus contigerit, semper vidua erit sustentanda, donec sua acceperit.

§. 24.

Ante vero quam ab hac successione, statutaria & morum discedam, incidit mihi, quod vel in plurimis locis contingat, commorari ibidem personas, quæ ordinariæ Jurisdictioni locali oppidanæ sunt exemptæ, uti sunt ministri Ecclesiarum, item Consiliarii vel alii Officiales Principum, Assessores Dicasteriorum Nobiles, Præfecturarum Præpositi, item qui privilegiatas ædes inhabitant, it. Milites & Castella.

stellani, Professores & alii Academici, de quibus Dn. Strub.  
 Ex. IX. §. 38. Igitur operæ pretium duxi, de horum viduis  
 agere, & quidem in specie, Utrum prætere posse  
 successorem ex statuto vel consuetudine istius loci? pro  
 affirmativa militare videtur generalitas *Constit. 20. p. 3.* ibi:  
 daß die Wittwen, wenn keine Ehestiftung vorhanden, abge-  
 funden werden sollen nach der Willkühr und Gewohnheit des  
 ORTS, da der verstorbene Mann wohnhaftig. Pronega-  
 tiva vero, quod statutorum hæc sit natura, ut sint stricti  
 juris & afficiant saltem Jurisdictioni subjectos per *L. fin. ff.*  
*d. Jurisd.* quorsum respiciunt præjudicia *ap. Carpz b. 3. C. 12.*  
*D. 16.* Diweil aber dennoch solche Statuta allein die Bürger-  
 schaft zu Dresden verbinden, auf die Adlichen Personen  
 aber und Häuser, so nicht des Raths Jurisdiction, sondern  
 Churfl. Durchl. immediate unterworfen, keines weges zu  
 extendiren ic. it. Daß solche Statuta zu Dresden wider die von  
 Adel, noch andere Churfl. Sächs. Officier und Diener, so  
 des Raths Jurisdiction nicht unterworfen, unangesehen sie  
 sich in der Stadt Dresden aufgehalten, so viel die Successi-  
 on der mobilien und Gerade betrifft, in nichts angehet. Et  
 denuo *Def. 19. ibid.* Ob gleich zu Waldenburg eine sonder-  
 bahre Willkühr vorhanden, darnach man sich in Succession-  
 Fällen und Theilung der Güter zu richten hat; da aber den-  
 noch bemelder euer Bruder des Orts in einem gefreyten Hause  
 gewohnet, und des Raths und der Stadt Jurisdiction nicht  
 unterworfen gewesen wäre, so wäret ihr an das Statutum nicht  
 verbunden. Mediam igitur viam eligere intendit *Coler. in proc.*  
*exec. p. 1. c. 3. n. 229.* ut *S. Mev. ad Jus Lub. 2. 4. n. 25. ex*  
*Tiraqu. in Tr. de primogen. q. 46. n. 4.* distinguendo circa  
 Statuta, utrum in rem, an vero in personam sint concepta,  
 ita,

ita , ut priori casu , si disponant circa rem , v. g. bona de-  
 cedentium , veniant ad viduas , dum illius loci vidua , cu-  
 juscunque alias fortis , sive sit Civis , sive alterius fori , ad  
 successiorem statuti localis sit admittenda : non vero po-  
 steriori casu , & si in personam sint concepta v. g. Vidua  
 succedit. Nam tunc saltem vidua alicujus Civis fit ad suc-  
 cessionem capax. Atque existimat Mevius , utilem & se-  
 quendam esse hanc distinctionem , modo appareat intentio  
 Statuti , utrum principaliter de re vel persona disposuerit ,  
 igitur , hanc semper inquirendam esse censet. Sed propter  
 dubium huncce Statum magis placet opinio *Carpz. p. 3. C.*  
*12. D. 12. §. seq.* distinguentis inter successiorem bonorum  
 mobilium & immobilium ; ita , ut quoad immobilia , quæ  
 sub acent oppidano Magistratui , succedatur juxta statutum  
 illiusjoppidi , eo , quod horum respectu , si possessor etiam  
 alias quoad forum sit privilegiatus , tamen hoc agnoscere ,  
 exactiones tributorum pati , & alia sustinere teneatur per  
*L. fin. C. Ubi in rem act.* Quæ vero oppidano Magistratui  
 non subjacent , uti hinc inde habentur in Urbibus domus  
 privilegiatæ (*Frey-Häuser*) quæ immediate Principi superi-  
 ori sunt subjactæ , in his statutaria dispositio cesset , *Carpz.*  
*d. 1. Def. 19.* Quoad mobilia vero subdistinguendum , utrum  
 horum possessor in loco statuti sibi domicilium certum ele-  
 gerit , an non : Si illud , tunc vel unicum hoc est , vel plu-  
 rale : Et siquidem unicum , successio mobilium quoque in-  
 stituenda juxta statuta istius civitatis , etiamsi ibi omnia non  
 fuerint sita , vel possessor quoque præter intentionem ali-  
 bi mortuus , *Carpz. d. C. 20. d. 13.* quia mobilia censentur sub  
 Jurisdictione ejus esse loci , in quo Paterfamilias ea perpe-  
 tuo esse destinavit per *L. 35. §. 3. ff. d. bered. instir.* ut pro-  
 inde



inde & vulgo osibus quasi seu domicilio defuncti coherere dicantur *apud Carpz. Lib. VI 38. R. n. 4. § 11.* Si vero plura defunctus habuit *juxta L. 6. §. 2. ff. ad Munic.* etiam vidua hæc retinere *secundum L. ult. C. d. Incol. §. L. 13. C. d. Dignit. Carpz. Lib. II. Resp. 24.* & pro arbitrio eligere poterit, ex cujus domicili statuti malit succedere *Carpz. Lib. 6. Resp. 38. n. 25.* Sin maritus non habuerit certum domicilium, uti accidit quandoque iis, qui ex certa civitate ad Præfecturam vel aliud officium Jurisdictioni oppidanæ exemptum vocantur, tunc sane ex sola commoratione diutina *L. 12. C. d. In col.* vel etiam rerum & fortunarum suarum summa in istum locum propter officium translata, domicilium vix tuto conjecturare licet, nisi aliunde simul constet de animo perpetuo ibi commorandi. Ideo in dubio confugiendum tum arbitror ad locum originis defuncti. Facit huc præjudicium *Carpz. Lib. II. Resp. 23. n. 13.* Ob num wohl Cajus Sejus in seinem anbefohlenen Ambt und darzu deputirten Hause sich in die 6. Jahr lang wesentlich aufgehalten, daselbst auch ein Gut und Weinberg an sich erhandelt, dahero es das Ansehen gewinnen will, ob habe er daselbst zu N. sein domicilium erlanget, und man sich demnach in successione mobilium nach der Churf. Sächf. Constit. zu richten. Dieweil aber dennoch mehrbemelder Cajus Sejus das einmahl erlangte Bürgerrecht zu N. niemahls verlassen, sondern dasselbe nebenst seinem Hause daselbst an sich behalten, und die Gemeinen Bürgerl. onera iedesmahl getragen, derowegen er auch sein domicilium nicht verändert, weil er zumahl nur als ein Ambsverweser zu N. gesessen u. So wird gedachte Witib, soviel die mobilia anlanget, dasern sie portionem Statutariam begehret, derselben nach den Statuten zu N. billig befriediget. B. R. W.

E

§. 25.

## §. 25.

Examinatio jure statuario nec non consuetudinario ,  
deveniendum erit ad jus provinciale, quale h. l. est Saxo-  
nicum. Et quia circa hoc maxime fuit variatum, ut videre  
est *ap. Berl. p. 3. Concl. 27. n. 3. seq.* ideo noluit in suo Electo-  
ratu causam dubiam relinquere Serenissimus, quin potius  
promulgavit *Const. 20. p. 5.* cujus vigore viduae conceditur ele-  
ctio, utrum malit repetere sua illata, an vero, his collatis,  
in casu existentium liberorum plurium, vel unius, sive ex  
primo, sive secundo matrimonio susceptorum, quadran-  
tem, in casu vero liberorum deficientium trientem capere,  
licet vel parum vel nihil attulerit marito *propter verba Con-  
stit. Ohne Unterscheid sie sey reich oder arm.* Et quamvis in  
Constit. saltem liberorum existentium mentio fiat, attamen  
sub his comprehenduntur quoque Nepotes *L. 22. in pr. ff. d.  
V. S. ita*, ut, siquidem maritus defunctus solos nepotes nec  
ullos primi gradus liberos reliquerit, ejus tamen vidua non  
nisi quartam hereditatis partem urgere, *Carpz. ibid. Def.  
17.* & hac nondum soluta, intermediam sustentationem  
pretendere possit *propter Const. Elect. 25. p. 2. ibi: biß sie des  
ihren vergnügt.*

## §. 26.

Supereft Jus commune, ad quod, praecedentibus  
juribus deficientibus, merito confugiendum. Hoc autem  
vel antiquum est, vel recentius. Per antiquum subintelli-  
gimus Jus Praetorium, cujus vigore vidua tunc demum  
ad successionem ab intestato in solidum admittebatur, si nul-  
li aderant superstites sive liberi, sive Parentes aut alii cognati  
*per L. 1. C. Unde vir & Ux. & L. 1. §. 1. ff. Si ab. test. nul. ext. ab.*  
Per recentius jus Novellarum in specie *Nov. 53. c. 6. & Nov. 117.*

c. 5.

*c. 5. unde defuncta autb. preterea, C. unde vir & Vx.* Et hoc jure casus erunt discernendi, utrum agatur de successione alicujus divitis, vel pauperis; & siquidem defunctus dives fuit, subdistingendum, utrum conjux superstes ipsi vivo attulerit dotem, an nullam, vel adeo exiguam, ut inde neque victum, neque amictum habere queat. Si prius contigit, tunc vidua contenta esse debet sua dote, nec ulterius quicquam a cæteris mariti heredibus exigere poterit. Sin posterior, denno erit subdistingendum, scilicet an concurrat cum liberis, a vero aliis propinquis. Si cum liberis, tum aut tres sunt & pauciores, aut quatuor vel plures. Priori casu quartam, posteriori saltem virilem portionem, *Ein Kindertheil*, & quidem utroque casu saltem jure ususfructus capiet, *d. Nov. 117. c. 5.* Si cum aliis propinquis, v. g. adscendentibus, collateralibus, tunc iterum videndum, utrum tres vel pauciores an vero quatuor vel plures fuerint; in præcedenti & priori casu quartam, in posteriori virilem, sed utroque casu pleno jure capiet, *d. Nov. 117. c. 5. vers. Si vere talis mulier.* Interim tamen si agitur de successione alicujus pauperis defuncti, tum quia de hoc casu nil dispositum jure Novellarum, ideo erit remigrandum ad Jus Prætorium, quod ordinem LL. XII. Tab. observando superstiti saltem in casu deficientium liberorum & cognatorum successione indulget *p. L. 1. pr. & §. 1 ff. Si tab. test. non ext.* Jam si hæc præsupponenda præsupponimus, & ad præsentem materiam applicamus, equidem dubium non est, quin eo in casu, quo dotem vidua reperit, usque dum ei satisfiat, suam sustentationem urgere possit propter *Lun. §. in med. C. d. R. U. A. & L. 20. §. ita tamen C. d. Jure dot. Carpz. p. 2. C. 26. d. 11. n. 5. Mev. ad*

*Jus Lub. Lib. 1. tit. 5. art. 13. n. 36.* Sed quando vidua quadrantem vel trientem aut etiam virilem portionem pro varietate casuum prædictorum quærit, res scrupulo non carêt. Nam quamvis durare quodammodo matrimonium etiam post mortem mariti quandoque dicatur *L. fin. C. d. Bon. mat. Card. Tusch. lit. V. concl. 203. n. 25. & concl. 204. n. 6. 7.* proindeque sicut vivus maritus necesse habebat suam conjugem sustentare; ita & successores ejus ipsum representantes ad favorem istum continuandum, usque dum ipsi satisfiat, teneantur. Attamen quam plurimi Interpretes hanc durationem matrimonii saltem ad dignitatis & fori causam restringunt, vid. *Col. d. Alim. Lib. 1. c. 11. n. 2. jung. Pinell. ad d. L. ult. C. de. bon. mat. n. 8. Tusch. lit. V. concl. 203. n. 17.* ut taceam, Leges, ubi de intermedia sustentatione agunt, ut plurimum de dotis tantum jure esse conceptas, id quod exinde ad alias successione causas præter dotem ibidem expressas non extendendum vitetur. Sed, quicquid tandem sit, existimarem, etiam de Jure civili in dubio pro sustentatione, ad minimum exæquitata, quam jus non rejicit *L. 90. ff. d. R. 7. & L. 8. C. d. Jud.* judicandum, nempe in his causis, ubi mulier ex jure succedendi petit, quod sibi extra dotem debetur *arg. L. 5. §. 3. ub. nec mirum ff. d. Carb. Edicto it. p. L. penult. ff. utin poss. legat. ibique Brun. jung. Tusch. lit. A. concl. 287. n. 134.* id quod eo magis approbandum censerem, siquidem alias viduæ fame laborandum esset.

§. 27.

Et hætenus quidem de vidua ignobili seu plebeja: Cum vero ab hac ob singularia quædam discrepent viduæ Nobilium, ideoque de iis paucis agamus. Habet autem vidua Nobilis præcipua (1.) Dotalitium. Nam quamvis hoc  
quan-

quandoque etiam inter cives, qui nobiles non sunt, usurpetur, attamen hoc rarius contingit, & quidem ab iis factum, qui feuda possident *Berl. p. 2. Concl. 50. n. 8.* Principaliter hoc constituitur inter Nobiles, & quidem vel a vivo adhuc marito, cum consensu Domini & agnatorum, in compensationem dotis; aut etiam, hoc mortuo, per Successores feudales, ad instantiam viduæ, quæ dotem se numerasse probare potest *p. Const. El. 44. p. 2.* imò & moriquis extenditur ad casum, quo vidua dotem promissam nondum numeravit, parata tamen est, eam, & quidem una cum usuris, si in mora fuit, feudo inferre, modo defunctus maritus non reliquerit concursum Creditorum *juxta Carpz. d. Const. 44. def. 11. § 13.* Cæterum si vidua nupserit suo viro simpliciter & citra Dotis constitutionem, atque post ejus mortem certam dotem pro consequendo dotalitio offerat, non tamen erit audienda *Carpz. d. def. 11. n. 8. jung. Decis. El. nov. 55. § ibi Pbil. Obs. 3.* siquidem citra dubium vidua hac ratione immensam dotem inferret, eum tantum in finem, ut vicissim ingens aliquod dotalitium in maximum agnatorum præjudicium constitueretur: ut taceam, dotem post mortem non amplius posse constitui, cum in se habeat conditionem Nuptiarum, quæ adeo hic solutæ supponuntur *L. 20. impr. C. d. donat. ante Nupt.* Quod igitur Dotalitium viduæ debitum concernit, communis est Dd. sententia, hoc frui jure dotis, *Mev. p. 1. dec. 173.* propter naturam surrogate, cum succedat in locum dotis, quæ ita adforbetur. Quo præsupposito, etiam sequitur, quoad applicationem ad nostram materiam, quod, dotalitio Viduæ nondum exhibitio, eidem interim alimenta debeantur *ob general. Const. 25. p. 2. vb.*

Wie denn auch die Frau so lange das Jus Retentionis in denen

Lehn-Gütern und ihren Unterhalt haben soll, biß sie des Zhen  
vergnügt; *S. Consf. El. 33 p. 3. 26.* Die Wittbe ist aus des  
Mannes Gütern vor Entrichtung ihrer Weiblichen Gerech-  
tigkeit zu weichen nicht schuldig Et hoc etiam verum arbitror,  
si Creditores concurrente dissentiant atque urgeant, quod  
ipsi certent de damno vitando, vidua autem de lucro  
captando, adeoque jus prælationis prætant. Do-  
talitium enim in compensationem dotis illatæ constitui-  
tur, in tantum, ut, si contingat, acceptatum & re-  
aliter apprehensum Dotalitium perire, illa ne quidem ad  
dotem repetendam regressum habeat, *Carpz. p. 1. C. 28. D.*  
*93. n. 7.* ex quo sane quidem constat, quod etiam propter  
hoc periculum, dotalitium non sit merum lucrum, quin  
potius in simul titulus aliquis onerosus. Intelligo itaque hæc  
cum *Mev. p. 1. Dec. 173.* si dotalitium ordinario constituendi  
modo fuit constitutum. Aliud vero ubi hoc exerbitat a pro-  
prietata sua, ac magis Donationem propter Nuptias repræ-  
sentat, uti contingit, si una cum dote obtinet, quia sic eam  
non absorbet, quin potius securiorem reddit, ac viduam in  
lucro captando sistit. *Mev. d. l.* Deinde & multum hic refert,  
utrum æs alienum contractum demum post legitimam con-  
stitutionem Dotalitii, an vero ante eam & in fraudem Credi-  
torum *juxta Dn Stryk. in Exam. Jur. Feud. cap. 21. q. 15.* Nam  
si citra fraudem contigit, tunc, quoniam de suis facultati-  
bus sæpe plus sperant homines, quam in iis est, Mulier, li-  
cet viro obærato sciens nupserit, non tamen propterea quo-  
ad Dotalium, si dotem intulit, privanda erit suo jure & pri-  
vilegiis, *propter Decis. El. nov. 6.* quia præsumitur, uxoris  
intentionem fuisse, per illationem suæ dotis realem & ver-  
sionem in feudum, se velle subvenire marito, ejusque Credi-  
ditori-

ditoribus, & postmodum diligenti œconomia administratione defectum opum supplere, *Brunn. ad L. 24. ff. Sol. matr. n. 8.* Etsi autem vidua nobilis Dotalitium post mortem mariti ex bonis feudalibus petere possit; attamen per hoc via repetendi dotem eidem non est adempta modo quoad dotalitium adhuc causa sit integra, neque hoc realiter fuerit ab ea jam apprehensum, *Carpz. p. 2. C. 44. D. 2. § 3.* Quemadmodum nec eidem interdictum est viduæ, si pro ratione circumstantiarum ad instar plebejæ marito succedere, & collatis suis bonis portionem statutariam eligere malit, *Carpz. p. 3. C. 37. D. 3. § p. 2. C. 44. D. 8.*

§. 28.

Habet 2.) vidua Nobilis ex mariti bonis Sponsalitiæ largitatem seu Morgengabam per *Const. El. 37. p. 3. ibique Carpz. Def. 1. § Berl. p. 3. Concl. 28. n. 85.* Non autem per Morgengabam hic subintelligimus eam largitatem, quæ ex liberalitate Sponsi altero nuptiarum die, antequam sponsa ad prandium discumbit, donari solet in compensationem factæ mutationis, nam & hæc communis est cum plebejis, quin potius eam largitatem, quæ communiter viduæ nobili ex omnibus mariti defuncti prædiis etiam extra territorium fitis. *Goldb. d. Gerada. p. 76. n. 8.* debetur ex dispositione Juris Sax. in art. 24. in per. Lib. 1 Landr. de qua vid. *Carpz. p. 3. C. 22. D. 20. § Berl. p. 2. Concl. 28. n. 85 sq.* Sic porro habet vidua nobilis Geradam per eund. text. Landr. *jung. Berl. d. 1. n. 3.* quæ tamen non erit confundenda cum ea, quæ gerada cognatarum dicitur; differentiam vid. *sp. Carpz. p. 2. C. 14. D. 22. §. it. Goldb. de Gerada.* Vterius quoque habet vidua nobilis dimidiam partem omnium cibari-  
orum

orum, quæ post trigesimum a morte mariti supersunt, vulgo *Mußtheil per art. 22. Lib. 1. Landr.* Cumque adeo viduis libaria hæc & quidem pleno jure debebuntur, sive de iis præstandis antea cum maritis convenerint, sive minus, *Carpz. p. 3. Const. 34. D. 1. n. 7.* modo illi solvendo extiterint, vel etiam, antequam æs alienum contraxerunt, viduis per pactum dotale consensu Domini & agnatorum corroboratum hypotheca prospexerint, *Ord. proc. tit. 43. §. undweildarben, vb. Aber die Morgengabe und Mußtheil, junct. Decis. El. 72. it. Carpz. p. 3. C. 36. D. 9.* Donec igitur viduæ nobili pro his ab heredibus aut feudi successoribus nondum fuit satisfactum, merito eidem alimenta interim erunt suggerenda *propter Const. El. 25. p. 2. in fin. ibi: so lange das Jus Retentionis in denen Lehn-Gütern und ihren Unterhalt haben soll, biß sie des Jhren verguligt.*

§. 29.

Atque hæc etiam de persona sustentanda. De personis autem sustentantibus, seu de Subjecto Sustentationis passivo id sciendum, quod per hoc subintelligamus vel Heredes, vel Fiscum, vel Curatorem honorum, vel ipsos etiam Creditores. De singulis hisce singulatim erit dispiciendum.

§. 30.

Itaque quoad Heredes, videtur equidem, nullam obligationem ad Sustentationem, donec vidua suum acceperit, interim exhibendam subesse, partim, quod nemo debitorum teneatur alere Creditorem, quamvis hic rei servandæ causa fuerit immixtus *L. 7. pr. ff. ex quib. caus. in poss. eat.* indeque cum heredes mariti sint debitores relictae viduæ



duæ ratione ejus, quod ipsi adhuc ex massa defuncti debetur, sequeretur etiam, quod ad Sufstitutionem neuiquam obstringerentur: Et partim quoque quod Sufstitutionis necessitas fit sequela matrimonii, id quod tamen morte exspiravit, quia mortuo viro muller soluta est ab ejus Lege *c. 4. X. d. Sec. Nupt.* ut adeo nec in heredes istud possit transire, quod morte fuit abolitum. Attamen hæc omnia suas patiuntur limitationes tam in vitua, cui nondum dos fuit restituta *per L. un. §. 7. in med. C. d. R. V. A. jvng. Schneid. ad Inst. §. 29. d. Action. n. 103. seqq.* quam in ea, quæ dote destituta ex alio titulo suum urget, *conf. §. 26. b. cap. præ-* primis cum in terris Saxonice *p. 2. Const. El. 25. in fin.* generaliter loquatur: Unde ihren Unterhalt haben soll, bis sie des Jhren vergüigt. Id quod ipsum multo magis obtinet in iis heredibus, qui simul sunt liberi defuncti mariti *per L. 8. §. 5. C. d. bon. que lib.* quia hoc reverentiæ filiali convenit *L. 50. ff. ad sst. Trebell.* nisi & ipsi indigerent atque ad Beneficium Competentiæ refugere necesse haberent, *L. 18. ff. Sol. matr. junct. Brunnem. ad L. un. C. d. R. U. A. §. 26.*

§. 31.

Quid si nullus heredum hereditatem propter onera adire velit; quærit. Utrumne etiam Fiscus ita postmodum succedens *arg. L. 4. C. d. Bon. vac.* ad eandem Sufstitutionem teneatur? Et resp. omnino, quod nempe ii, qui locum hæredum suscipiunt, eidem necessario conditioni sint subiecti *arg. L. 65. 70. & 170. ff. d. V. S. ir. L. 19. d. R. 7.* præcipue cum & alias Fiscus loco heredis habeatur *L. 2. C. ad Jul. d. vi publ. L. 1. C. d. bon. Libert. L. 9. ff. ad Leg. Jul. Maj.* qui non tantum ad Legate & Fideicommissa præstanda *per L. 69. §. 1.*

F

ff. d.

*ff. d. Leg. I.* sed etiam ad arisanici exsolutionem obligetur  
*Dn. Stryk, d. Succ. ad. Int. Diff. 5. c. 1. n. 25.* nec præ cæteris  
 heredibus in necessitate implendi voluntatem defuncti quic-  
 quam privilegii habet.

## §. 32.

Quamvis autem aliquis per aditionem jam susceptam  
 Creditoribus hereditariis quasi obligetur §. 5. *Inst. d. obl. qua  
 ex quasi contr.* ut eo ipso heres postmodum maneat, qui se-  
 mel talis extitit *L. 7. §. 10. in fin. ff. de minor.* nihilo tamen mi-  
 nus ille etiamnum hæreditatem, quam non solvendo repe-  
 rit, beneficii Inventarii *juxta L. fin. §. 4. C. d. Jure delib.*  
 vel etiam de jure Sax. sine eo *Dav. Mev. in discuss. Levam.  
 inop. debit. c. 7. n. 156. & Franzk. Lib. III. Resol. 16. n. 23.* secus  
 quidem, ac de jure civili per §. 5. *Inst. d. her. qual. & diff.,  
 & d. L. ult. §. 12. C. d. jure delib.* aditam vel repudiare, vel Cre-  
 ditoribus cedere, imoque heres esse definire potest, *Mev. p. 2.  
 Dec. 358. n. 7. Carpz. p. 1. dec. 25. p. 106. & Lib. VI. R. 73.* in tan-  
 tum, ut in solutum cessam & oblatam Creditores inviri reci-  
 pere teneantur, uti hoc inter Inventarii beneficia collocat  
*Siehard. in L. fin. §. cum igitur, n. 3. in fin. C. d. Jure de lib.*  
 modo etiam in terris nostris, ad multa incommoda evitan-  
 da, istud intra annum deliberandi spatium contigerit per  
*dec. El. nov. 57.* Itaque quid repudiata hoc modo hæreditate,  
 circa materiam nostram obtineat, & quidem tam concursu  
 nondum cæpto quam cæpto & pendente, & tandem etiam  
 eo finito, videbimus.

## §. 33.

Eo nondum cæpto, constat equidem, quod mulier  
 propria auctoritate relictam massam jacentem, ad securi-  
 tatem

tatem eorum, quæ ipsi ex ea debentur, apprehendere, *Hærem. Pist. Obs. 107. n. 2.* atque ibidem ad necessarium suum victum tam diu perseverare possit, donec sese creditores moveant, atque pingvius jus in reretenta, salvo tamen sustentationis beneficio, *vid. Gail. Lib. II. Obs. 92. n. 13. & Mev. p. 8. dec. 160.* demonstrant, *conf. Perez. ad L. un. C. Et ob Chirog. pec. it. Dn. Struv. Ex. 20. tb. 25. & Carpz. p. 1. dec. 166. n. 19. ibique n. 27. alleg. præjud.* id quod pluribus explicatur in cap. ult. Attamen suafurus potius fuerim, ut tempore isto, quo ita debitori defuncto hæres nemo existere cupit, ob æs alienum atque onera hæreditaria sustinenda, vel ad instantiam viduæ vel etiam Magistratus, aut Creditorum Curator constituatur jacenti hereditati *L. 1. d. t. ff. d. Curat. bon. vid. Coler. d. proc. exec. p. 2. c. 3. n. 422. & Carpz. p. 1. c. 28. D. 8. p. 3. c. 14. Def. 8. n. 1.* qui non tantum Creditorum juribus invigilet, sed etiam id, quod hac in parte viduæ interim præstandum, exhibeat, *vid. Coler. d. proc. exec. p. 2. c. 2. n. 224.* quo ea ipsa, licet inetentione rerum hæreditarium remaneat, *Mev. ad Jus Lubec. Lib. 1. tit. 5. art. 13. n. 18. jung. Col. d. Alim. Lib. 1. c. 11. n. 67.* ab administrationis onere liberetur, *Carpz. Lib. IV. Resp. 21. n. 6. & Mev. p. 1. Dec. 172. n. 7. & 8.*

§. 34.

Concurſu cœpro Creditores in arenam descendentes, propter sustentationem viduæ interim exhibendam, diversimode erunt considerandi. Nam aut isti viduam in credito suo demum sequuntur, aut eam ex singulari aliqua prærogativa præcedunt. De illis res est clara per *text. ex pr. in Ord. Proc. Sax. tit. 39. §. 5. ubi.* Wenn auch Weiber oder andere Personen in denen Güthern wären, welchen vor denen,

so die Hülffe geschieht, die Erstigkeit gebühret, soll gleichwohl auch hierbey ihr Recht in acht genommen, und derowegen die Hülffe in das Fährniß und sonst also angefaßt werden, damit ihnen die tägliche Nothdurfft und Unterhalt verbleibe. Sed de his, qui non sine ratione viduam præcedunt, uti v. g. sunt Deponentes *L. 17. §. 1. ff. L. 8. C. Depos. modo res adhuc in bonis debitoris extant L. 24. L. 7. §. 2. ff. de pos. Commodantes L. 8. §. 1. ff. Commod. Venditores, in casu, quo dominium nondum transit, arg. L. 16. ff. d. C. E. V. jung. Carpz. p. 1. C. 28. D. 21. de his, inquam, & aliis adhuc pluribus ita viduam præeuntibus res non caret dubio, quatenus nempe Sustainatio ex eorum bonis etiam præstanda? Ubi equidem putarem, casus h. l. obvenientes probe esse secernendos. Quod si enim sententia designatoria nondum vires rei judicatæ accepit, sane in dubio isto statu durantis Processus, Sustainatio viduæ debita etiam ex iis erit suggerenda, ob præsumtionem pro eadem militantem, quæ res mariti, ex quibus sustentatione fruitur, *vid. Carpz. p. 2. C. 25. D. 12. in suo statu, tanquam adhuc mariti essent, collocat, arg. c. semel, d. R. 1. in 6to. donec probetur contrarium, vid. Gail. Lib. II. Obs. 144. §. Men. l. Pras. 60. n. 2.* Sin vero vires rei judicatæ obtinuit sententia, tum distributione secuta, Sustainationis onus, respectu Creditorum prælatorum, non immerito cessabit, ipsa suadente æquitate *in d. tit. 42. proc. Sax. in pr. vb.* Weil es wider alle Billigkeit, daß sich die Gläubiger (inter quos & vidua) nicht von ihres Schuldners, sondern von fremden Guthe bezahlet machen solten.*

§. 34.

Finito denique concursu, quid juris circa viduam sustentandam, videndum. Itaque ea aut accepit suam dotem & tum

& tum amplior Sufſtentatio exſpirabit *L. 10. C. qui pot. in pign. ibique gl. Gotthofr. in. Not. Brunnem. aliique Dd. aut collatis ſuis bonis plus ſperans de facultatibus mariti, quam in iis fuit, adit hæreditatem ſecundum portionem ſtatutariam, atque periculum ſuperfluatorum in ſe ſuſcepit juxta *Carpz. p. 3. Cap. 20. def. 46. & Berl. p. 3. Concl. 27. n. 83.* quo in caſu iterum vel ex beneficio Reſtitutionis in integrum, *d. quo b. l. vid. Stort. Odd. d. Reſtit. in int. p. 1. q. 10. n. 40.* reſreſſum amplexæ eſt ad repetitionem illatæ dotis, ac, ſiquidem eam obtinuit, ex ſupra notatis res erit decifa; vel propter nulla plane illata dotalia non potuit ſibi alio, quam aditionis remedio ſuccurrere, ubi (quod tamen poſt mortem alicujus obæratæ vix ac ne vix quidem ſperandum) traditis poſtmodum, quæ viduæ exinde debuerunt, pari ratione ſuſtentationis favor exinguitur *§. 1. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* Sed quæret. Quid ſi vel propter Creditores præeuntes relicta maſſa uſque ad ſatiffactionem viduæ debitum ſuum ſive ex titulo dotis ſive ſucceſſionis, urgentis, ſeſe non extenderit, atque uno verbo, vidua in ſumma paupertate conſtituatur; Utrumne in iſto inopiæ caſu a Creditoribus ſit ſuſtentanda; Et cuius ſpiciendum hic ante omnia erit, an vidua favore Beneficii Competentiæ gaudere poſſit, an vero minus. Si ea hoc poſteriori modo conſpiciatur, neganda eſſet Sufſtentationis præſtatio. Nam quemadmodum ipſius maritus tanquam principalis debitor non erat per Creditores alimentandus: (niſi forte in hoc caſu particulari, quo ad ipſorum inſtantiam obæratæ in publicum carcerem, *Schulbthum*, eſt conjeſtus, iſque deſtituitur propriis viduæ ſubſidiis *L. 34. ff. d. re jud. ibique gl. it. Brunnem. Conſt. Carol. 176. cir. fin. Weichb. art. 27. v. Er ſoll ihn halten mit koſt, ord. Proc. tit. 52. §.**

So viel, 13. *Carpz. p. 2. C. 22. def. 22.* nec immerito, siquidem  
 damnium hoc propria sua culpa sentiunt, dum debitori fa-  
 cultatem sibi aliquid acqvirendi adimunt) ita multo minus  
 ejus vidua, nisi supponere velimus, inter Creditores fuisse  
 ejusmodi personas, quæ ex naturali obligatione viduæ eti-  
 am extra casum concursus succurrere necesse habuissent,  
 uti sunt v. g. descendentes *per L. 5. §. 1. ff. d. agn. & al. lib.*  
*jung. Col. d. Alim. Lib. 1. cap. 6. p. tot.* ascendentes *d. L. 5. §.*  
*2. ff. d. agn. & al.* inter quas etiam Socer refertur *arg. L. 10.*  
*ff. Sol. matr.* Collaterales, *Col. d. l. cap. 9. e. g. mariti desun-*  
*cti frater id. eod. n. 19.* & alia ex vinculo naturali ad istiusmo-  
 di obstrictæ, *de quib. vid. Tusch. lit. A. concl. 287. p. tot.* modo  
 etiam in his ipsis nimia aliqua paupertas infimul non eluce-  
 at, ut tum ordinata charitas non possit non a se ipsa prius  
 incipere, *L. 14. ff. d. præscr. verb. L. 6. C. d. Servit. & aqua &*  
*can. 14. dist. 86.* Sed quid si juxta priorem considerandi mo-  
 dum talis sit vidua, cujus maritus munitus erat Competentiæ  
 beneficio, qvales est v. g. Patronus, *L. 17. ff. d. re jud. Miles, L.*  
*18. ff. eod.* Socius omnium bonorum *L. 16. ff. eod.* Clericus, *c. 3.*  
*X. d. Solut. Doctor, Carpz. p. 1. C. 32. Def. 18.* Advocatus, *Salgad.*  
*Labyr. Cred. p. 1. c. 24. n. 6.* vel similes, de quibus omnibus in  
 specie consuli possunt *Salgad. d. l. & Wolfg. Ad. Lauterb. in Di-*  
*sp. de. Benef. Compet. alique;* tum oritur quæstio: Utrum  
 ne & vidua ex persona istiusmodi mariti etiam Competentiæ  
 illius jure contra creditores gaudeat? Ubi equidem constat,  
 privilegium istud esse personale, quod regulariter cum per-  
 sona, cui adhæret, extinguitur, *L. 12. ff. Sol. matr. L. 24. §. 1. L. 25.*  
*ff. d. re jud. & L. 196 ff. d. R. l. conf. Carpz. in Proc. tit. 25. art. 4.*  
*n. 30.* quale quid etiam ipsissima Legum verba exprimunt,  
 uti *in. L. 7. pr. ff. d. Except. persona coherere & in L. 24. §. 1. ff.*  
*d. re*

*d. re. jud. id mariti persone praestari dicitur.* Sed, his non obstantibus, Juris analogiæ non adeo adversari arbitror, si ad minimum exercitii gratia idem privilegium etiam viduis attribuiam. Suadet etenim æquitatis ratio, ut æqua lance in persona mulieris idem fervetur, quod de marito receptum *L. 20. ff. d. re jud.* cum etiam quoad commoda & incommoda, maritus & uxor pro una eademque persona reputentur, parique fortuna ambulent, *L. 22. §. 7. ub. quid enim tam humanum & c. ff. Solut. matr.* Id quod præprimis circa Sustainationis materiam obtinere, tradit in terminis *Mattb. Brunus in Tr. de Cessio. Bon. quæst. 31. pr. n. ult.* Ac licet etiam hoc privilegium dicatur personale: attamen hoc non fit simpliciter, sed ob certam causam & rationem *per L. 173. ff. d. R. scilicet*, neegeat ea persona, cui debetur reverentia, honor, vel alius respectus similis, *L. 14. in fin. L. 15. §. 2. ff. Sol. matr. L. 6. ff. d. re judic. jung. Carpz. Lib. 4. Resp. 58. n. 1. & lib. 2. Resp. 9. n. 18.* Videmus hinc, quod vel fidejussoribus sociorum & defensoribus Patronorum hoc competat *l. 63. §. 1. ff. pro Soc.* imo & post mortem mariti ejus liberis *p. l. 18. ff. Sol. matr.* quidni ergo & ejusdem relictæ viduæ? cum & hic non tam fiat privilegii in marito radicati extensio vel transmissio quam jam cæpit, cum maritus in vivis esset per plenioram interpretationem *arg. autb. habit. c. Ne fil. pro patr.* ratione commodi inde obvenientis, & ita ejus effectus communicatio, facit huc *l. 6. ff. d. Restitut. in integr. vid. Lauterb. ad. tit. d. Constit. Princip. lit. D. & in Disput. de Benef. Compet. §. 7. Neuenb. in Tr. de priv. viduit. memb. 2. Sect. 2. lit. d. Euenck, in Tr. de priv. lib. 2. c. 4. n. 49. Zasium, lib. 2. Resp. cap. 4.* non secus atque accidit in privilegii Doctorum & Nobilium, quæ æque uxori-

uxoribus & liberis eorum sunt communia, *per l. 6. d. Prof. & Med. & l. 13. C. d. Dignitat.*

§. 35.

Atque hæc alias sufficere possent quoad personas sustentandas. Non autem ab iisdem in simul absonum erit, adhuc ea adjungere, quæ sustentantibus vicissim sint præstanda. Huc refertur a Doctoribus, quod 1) vidua in domo hæredum, aut eosdem repræsentium, *de quib. vid. Mev. p. 2. Dec. 358. n. 7. Carpz. p. 1. Dec. 25. p. 101. & Lib. VI. R. 73.* a quibus suscipit sustentationem, ad eorum utilitatem operati teneatur, *gl. ad L. un. §. 7. C. d. R. U. A. ad. verb. restituendis, in fine, p. L. 48. §. 1. & L. 50. ff. d. Op. Libert. jung. Col. de. proc. Exec. p. 1. c. 2. u. 226.* Subintelligunt autem ejusmodi operas, quales ex ætate, dignitate, valerudine, instituto & proposito vitæ æstimari solent *jung. L. penult. ff. d. op. lib. l. 16. 17. & 34. ff. eod. it. Card. Tusch. lit. A. concl. 288.* Quanquam adhuc istud ipsum cum *Col. de Proc. Exec. p. 1. c. 2. n. 228. & Carpz. p. 3. C. 25. Def. 15. n. 5. & 6.* simpliciter non admitterem, eo, quod ne viro quidem propter sustentationem in uxorem competat aliquod jus servitii vel erigendarum operarum, quæ non a mutuo auxilio ratione officii conjugalis dependent; multo minus ergo, defuncto eo, vidua hæredibus ad istiusmodi operas obstringatur. Accedit etiam, quod nostris in terris mulierum opera ut plurimum consistat in tractatione œconomix, texturæ lanificio, & ejusmodi aliis manualibus. Jam vero quæcunque aut texerunt, aut texi fecerunt, sive stante matrimonio, sive eo soluto, tanquam utensilia *p. Landr. lib. 1. art. 24.* ipsis regulariter cedunt, *Col. d. l.* Sin autem sua sponte alias operas susciperet, quæ peractæ inter utensilia non possunt referri, v. g. si  
vidua



vidua fuit cuiusdam opificis, & continuavit opificium ejusque beneficio aliquid acquisivit, quin id ipsum ex subsequenti collatione in heredum eosque repræsentantium utilitatem postea converti debeat, uullus dubitarem. Et quod 2) citra voluntatem heredum eorum repræsentantium ex mariti domo vel habitationis loco non debeat discedere, *Cardin. Tuscb. lit. A. concl. 295. n. 4. s. & Jus. Ludo Decis perus. 47. n. 9.* Nam ini hoc est sustentanda, tanquam in domicilio mariti, *L. 5. ff. d. R. N. jung. L. 8. ff. d. Usu & habit. etiam si velit extra domum sustentari, p. L. 11 C. commun. utr. jud. jung. Specul. Lib. IV. art. 4. tit. qui filii sint legit. n. 30* quia ex separatione non debet durior conditio heredibus inferri *L. 21 §. 7. ff. d. Inst. leg. præcipue quod solutio sit in optione debentis, cui ipsi loci commoditas non est inferenda arg. L. 2. §. 2. ff. d. eo. quod certo loco jung. Surd. de. Alim. tit. 4. quest. 16. u. 1. it. Georg. Schult. de Oblat. Osibgn. Sc. c. 4. n. 19. & Job Gotbofr. Frey. ers Tract. de Solut. c. 6. n. 19. 20. 23. & 24.* Aliud autem esset, si quidem mulier propter continuas alterationes aliasque molestias cum hærede in domo mariti maxime arcta nequeat honeste subsistere *arg. l. 13. circa fin. ff. d. Alim. & cib. leg. vel id ipsum fiat cum consensu personarum sustentationem subministrantium, quibus ita volentibus injuria non inferatur, l. 60. §. 3 ff. Loc.*

CAP. II.

DE

SVSTENTATIONE IPSA, EJVSQ; MODO.

§. I.

Sua NOMINE sustentationis intelliguntur *cibus l. 6. ff. d. Alim. & cib. leg. & potus, l. 1. & 14. ff. eod. vestimenta, l. 43. & 234. ff. d. R. S. & habitatio, d. l. 6. ff. de alim. & cib. leg. it.*

G

veites

vestes lugubres, *d. l. 43. ff. d. v. s.* quod & his, defuncto marito, honeste vidua carere non potest, *vid. Menoch. d. arbitr. Jud. quæst. cas. 170. n. 30. & Carpz. p. 1. C. 28. D. 41 n. 6.* it. ligna ad calefaciendum hypocaustum necessaria *arg. d. l. 43. d. v. s.* it. medicamenta *l. 44. ff. eod.* utpote quibus non adhibitis, non minus quis necatur, quam Sufsentatione subtracta, *L. 10. ff. Sol. matr.* & denique omnia ea, quibus quis non quidem ad mendicitatem, sed ad competentem victum opus habet *L. 19. §. 1. C. d. heret. vid. Men. arbitr. Jud. quæst. 169. & 170. it. Card. Tusch. lit. A. concl. 282. per tot.* Eum autem, qui plura circa hanc rem scire desiderat, ad Joh. Perr. Surdum, Martin. Colerum. aliosque de Alimentis seu Sufsentatione expresso tractantes remittimus.

§. 2.

Quod modum Sufsentationis coecernit, ejus quantitas & qualitas tutius arbitrio Judicis committitur, utis pro modo facultatum & pro qualitate personarum pretium definiat *arg. L. 5. §. 2. ff. d. agn. & al. lib. l. 69. §. 4. in fin. l. 60. ff. d. Jure Dot. & l. 3. §. 1. ff. ubi pup. educ. deb. jung. Men. arbitr. Jud. quæst. d. cas. 169. n. 1.* rationemque habeat ejus rei, quæ Sufsentationem secundum augmentum suum *arg. c. non cogantur Dist. 41. & l. 5. §. 19 ff. d. ang. & al. lib.* suggere debet, ejusque infimul conditionis, cui & dans & accipiens pro ratione temporis est subjectus, *vid. Surd. de Alim. tit. 4. quæst. 18. n. 1. sq. Card. Tusch. lit. A. concl. 285. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. sq.* Non enim si durante conjugio admodum laute vixit, & in conviviis parandis forsân multum argenti cunsumsit, eo etiam finito tam laute vivendum erit, sed sufficit, si tantum habeat, unde suæ necessitati honeste siye congrue subvenire possit, *vid.*

vid. *Carpz. p. 2. C. 25. D. 12. n. 6. 7.* præcipue cum Sufſtentatio fit præſtanda non tam pro antiqua dignitate, ſed præſenti rerum ſtatu inſpecto, ut tantum præbeatur, quantum ejus neceſſitas requirit, *uti loquitur Andr. Kobl, de Succ. Conjug. p. 2. n. 45. & 46. jung. Surd. de Alum. tit. 3. queſt. 18. & Salgad. in Labyr. Cred. p. 1. c. 24. n. 19. 20. 21.* Deinde Judex etiam attendere debet valorem fructuum, qui ex bonis annuatim percipiuntur, excepta ipſa rerum proprietate atque ſubſtantia, *50. in ſin. ff. ad. Sc. Trebell. jung. Tuſeb. lit. A concl. 283. n. 1. & 7.* eum quidem in modum, ut, etſi adſint v. g. ædificia ſuntuoſiſſima, reditus vero inde obvencientes exigui, tunc hi tantum æſtimentur, ita, ut nec proprietas ob Sufſtentationis præſtationem in ſubſidium vendatur, *juxta Sadgad. Labyr. Cred. p. 1. c. 24. n. 16. 17. 18.* Quod tamen vix nobis applicandum; ſiquidem *juxta auct. res, qua C. Commun. de legat.* tam alienatio, quam oppignoratio etiam proprietatis rerum mariti conceditur, in caſu, quo ſubeſt vel dotis vel Donationis propter Nuptias obligatio. Jam vero a dote ad alimentationem sæpe argumentum ſumitur, *Col. de Alum. lib. 11. cap. 10. per tot.* maxime, ubi concurrat miſerationis cauſa, *Salgad. in labyr. Cred. p. 1. c. 24. n. 27.* vel etiam urgens æſalienum, præprimis in iſto caſu, quo vidua ob defectum dotis & illatorum conſugiat ad electionem portiones ſtatutariæ, & ita vices debitoris ipſius pro ſua rata ſubeat, *juxta Conſt. El. 20. §. Wo aber n. p. 3. jung. Carpz. p. 2. C. 25. D. 9.* quorſum & vel ipſe *Salgad. d. c. 24. p. 1. n. 27.* inclinatur. Non male autem ageret Judex, ſi in id operam quandam impenderet, quo eos, qui ita Sufſtentationem debent, eo induceret, ut viduæ ab univerſa bonorum ſubſtantia certam quandam partem assignarent, ex qua uſque ad id tempus, quo Sufſtentatio exſpiraret,

vitem suam trahere posset; Ita enim variis contentionibus non essent subiecti, ac si bona cum onere sustentationis immediate porrigendæ sua facerent. Quamquam etiam tum non essent deterioris conditionis, quando pro rata temporis certam quandam portionem, ad sustentationem interim destinarent, quam in rem *vid. Coler. de proc. exec. p. 2. c. 3. n. 124. 199.*

§. 3.

Ex his nunc fluit illa quæstio: An & quomodo vidua de sustentatione sibi ita debita transigere possit? Et quamvis nonnulli hic distinguant inter alimenta præterita & futura, illaque excludant, quia alimenta ideo decernuntur, ut quis vivat, nec fame pereat, nemo autem in præteritum vivat, *Fab. Lib. IV. Cod. tit. 7. Def. 20. n. 2. Job. Bapt. Pontan. de Alim. c. 15. n. 6.* attamen hæc opinio est contra expressam *L. 8. C. d. Transact. & Const. Et. 25. p. 2. add. Carpz. Lib. IV. Rp. 58. n. 8.* Quod futura concernit, transactionem ita admittimus, si ea fiat cum auctoritate Judicii, tum personam, tum causam ac modum examinantis *L. 8. p. §. 8. 9. & 10 ff. d. Transact.* Quod si enim Transactio de sustentatione sine Prætoris cognitione valeret, ansa & occasio præberetur viduam decipiendi, & ad inopiam majoremque penuriam perducendi, *conf. h. Habn. ad Wesenb. tit. de Transf. n. 5.* Valebit tamen ex benigna interpretatione, quatenus nempe ipsi proficua evaserit *d. L. 8. §. 6. ff. d. Transact.* etiam si Curatoris ejus consensus abhibitus non fuerit, utpote qui in mulieris commo valide abesse potest, *vid. Carpz. p. 2. Dec. 157. n. 22. & 23.* Idem etiam obtinet in Transactione sine Prætoris auctoritate inita, spontaneo juramento tamen confirmata,  
ex ju-

ex iure canon p. c. 28. X. d. *Jurej. & c. 2. de pact. jung. Col. de Alim. Lib. II. cap. 8. n. 22. 23. 24. sqq. it. Lauterb. de Transf.* Hujus enim causa cum minore pari passu ambulare dicitur vidua apud *Dn. Stryk, de Caut. Contr. Sect. I. c. 2 §. 30.* licet singularis certioratio non præcesserit, utpote quæ ex declarata per juramentum enixa voluntate eandem explicationis vim in se continet *arg. L. 77. §. 23. ff. d. Leg. II. jung. Dn. Stryk, de Caut. Contr. Sect. I. c. 5. §. 8.* Et quamvis postmodum ex omnibus suis partibus transactio hæc completa fuerit ad habitationem tamen & vestiarium, nisi specialiter aliud sit dictum, non extenditur *p. d. l. 8. §. 12. ff. d. Transact.*

C A P. III.

De

REMEDII AD SVSTENTATIONEM VIDUÆ FACIENTIBVS, EAMQVE ETIAM PER MODVM EXCEPTIONIS EXCLVDENTIBVS.

§. 1.

Varia prostant adminicula, per quæ vidua nostra ad Sustentationem suam iadspirare potest. Qualia equidem præprimis sunt vel possessoria vel Petitoria. Igitur de Possessorii ex natura eorum *p. l. 35. ff. de acquir. vel amit. poss. l. 36. ff. d. R. V. & l. 13. C. eod.* prius erunt quædam contemplanda, quam ad ipsa petitoria progressum quendam adornemus.

§. 2.

Adeoque vidua aut est in possessione defuncti mariti, aut ea quocunque modo caret. Si est in possessione, cum possidentis semper melior sit conditio, *l. 9. §. 4. ff. d. Publ. in*

G 3

rem

*rem act. l. 10. ff. d. pignor. l. 24. ff. d. R. V. C. 36. d. R. 7. in VIto.* haut male ageret, siquidem ita in hac sua voluntate perseveraret, quod facilius possidenti detur Retentio, quam non possidenti actio *l. 1. ff. d. pignor.* Et hoc erit istud possessionis remedium, quo contra alios sese opponere, atque non prius inde discedere potest, quam quoad statum praesentem ipsi responsum fuerit, *vid. Col. de. proc. exec. p. 1. c. 2. n. 223.* cum plus cautionis sit, rei incumbere, *L. 25. ff. d. R. 1.* quam ad illam repetendam agere, *L. 12. §. fin. ff. d. Furt. §. 13. Inst. d. obl. ex Del. l. 204. d. R. 1. L. 8. §. 4. ff. d. pigner. act.*

§. 3.

Quin & quoad hocce possessionis exercitium id etiam non est praetereundum, quod, quamvis alias nemo ejus ritulum teneatur allegare *L. 11. C. d. petit. ber.* quippe cum in omnibus fere possessoriis solummodo actus possidendi consideretur, nec inspiciatur justitia possessoris, sed vera & naturalis insistentia, *vid. Casp. Ziegl. ad Calv. Concl. aur. p. m. 123. n. 59. C. 60.* praecipue cum ita facile posset transitus in petitorii actum, *vid. Brunneinan. in Proc. Jur. civ. c. 1. n. 42.* attamen, hisce non obstantibus, potest istiusmodi periculum vidua suscipere per modum Exceptionis *vid. Frid. Deckberrus in Tract. d. poss. cred. in pign. Disp. 8. §. 373.* interposita simul protestatione de se non intromittendo in possessorium *per Decis. Et. 13.* Nam utatibi saltem Actoribus detur haec cautela, vidua vero in hoc casu supposito ream constituat; & alias actores & rei non debeant confundi, cum regulariter possessor nunquam agat prior, sed expectet, donec cum eo agatur, *L. 1. §. 6. ibi: actio nunquam ultro possessori datur, i. e. possessor nunquam prior agit, ff. Uti possid.* nil prohibet tamen, eandem cautelam etiam hic ad viduam posse

Possē applicari, utpote quæ in excipiendo actoris alicujus personam induit *arg. L. 1. ibi: qui si probaverit, C. ad l. Corn. de Sicar. jung. Carpz. in pr. Crim. quest. 106. n. 48.* Ut adeo postmodum sine ullo metu sese possit declarare, quod velit hancce possessionem explicatam vel pro Dote, vel, in casu adæquato, pro Dotaliuo, *Carpz. p. 2. c. 25. D. 8. jung. Decif. El. nov. 55. tit. pro Donatione propter Nuptias ac rebus paraphernalibus Berl. P. 2. Concl. 32. n. 5.* & pro aliis denique bonis ex pacto dotali idē assignatis, *Carpz. d. l. D. 10.* aut ex portione statutaria fluentibus, *Id. d. l. D. 9.*

§. 4.

Quo autem remedium istud Retentionis ad Sustain- tionem adspirandam firmiter atque propria autoritate, *vid. Harem. Pist. Obs. 107. n. 2.* exerceatur, requiritur equi- dem quoad declarationem possessionis dotis causa suscep- tæ, ut illata sint liquida *per verba expr. in pr. Consl. El. 25. in fin. ibi: Ihre Mitgift, so viel sie der zu beweisen, jung. Berl. P. 2. Concl. 32. n. 15.* item, ut possessa bona relicta non tan- tum sint mariti propria, *Id. d. l. n. 17.* verum etiam juxta *eund. Berl. d. l. n. 18.* sint vacua, nec jam ab heredibus forte tem- pore obitus mariti præsentibus, vidua vero alibi degente, occupata: id quod requisitum tamen displicuit Senatui Ap- pellant. *apud Carpz. Lib. IV. Resp. 19. n. 6 7.* Siquidem non debuerunt heredes, invita vidua, istas, possessiones occu- pare, cum istius respectu propter compositionem conjug-ibus communem, non erant vacuæ ad minimum jure fami- liaritatis *L. 41. ff. d. acq. vel am. poss. Landr. lib. 1. art. 31. §. 45. jung. Myzf. Cent. 6. Obs. 45. §. 82. Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 5. art. 13. n. 9.* adeoque hic actus hæredum pro turbativo  
magis

magis habendus. Neque interim hac in parte refert, utrum aliunde ad vitam suam sustentandam aliquid haberet, ne ita remedii dotem it. Dotalitium vel statuatariam suam extorquendi defraudaretur, *Carpz. Lib. IV. Resp. 20. n. 12. 13. 14. 15* Teneatur autem vidua in hoc Retentionis casu ad instar bonæ marrisfamilias, *arg. L. 1. §. 19. ff. de Ventr. in poss. mit. se. in bonis possessis exhibere; ac potest in simul etiam in casu magnæ illatæ dotis, ejus usuras exigere, quatenus istæ Sustentationem exsuperant, quoniam mora ista, quæ a parte sua non committitur, iis potius, qui libero Restitutionis arbitrio gaudent, nocere debet, arg. L. un. §. 7. ub. si autem supersederint &c. C. d. R. V. A. junct. L. 32. ff. de Usur. it. Surd. de Alim. tit. 9. quest. 43. & Martini ad Ord. Prov. Sax. tit. 45. §. 12. n. 35. & 36. & iniquum etiam foret id, quod in favorem uxorum introductum, in odium earum retorquere, & adigere eas, Sustentationem quæ a Lege ipsis data, majori suo debito pretio emere, *Mov. ad Jus Lub. Lib. 1. tit. 5. art. 13. n. 92.**

§. 5

Præter jus Retentionis vidua pro casuum varietate & alia habebit remedia possessoria, tam adquirendæ, quam retinendæ vel recuperandæ possessinis Adipiscendæ v. g. Quorum bonorum Hoc enim Remedium viduæ competit non modo directo, quando marito succedit ex bonorum possessione, unde vir & uxor, per *l. 1. §. 1. ff. quor. bon. junct. l. 1. ff. unde vir & ux.* sed & utiliter tanquam heres, si elegit portionem statuatariam per *l. 1. §. 3. C. quor. bon. ad hoc, ut illi, qui pro heredibus vel possessoribus ista bona hæctenus occuparant, reddant viduæ; cujus respectu adipiscendæ possessionis inderdictum est, licet possessorum rati-*



ratione sit restitutorium, p. l. 1. §. 1. ff. quor. bon. Deinde & retinendæ possessionis Interdictis gaudebit, maxime in foro Sax. qvo vidua vivente adhuc marito fuit in compossessione bonorum ejus Landr. lib. 1. art. 13. & Const. El. 33. p. 3. jung. Fab. lib. VII. C. tit. 7. Def. 5. circa fin. Unde huic non nocet, etiamsi de facto contingat, eam isto tempore, qvo mortuus est maritus, non fuisse præsentem aliosqve sub quocunque etiam prætextu occupasse possessionem bonorum defuncti mariti. Nam, ut taceam, eam in terminis habilibus suppositis tanquam heredem succedere marito, & quidem in univerfum jus, quod defunctus habuit l. 24. ff. d. V. S. & l. 62. ff. d. R. J. ut jam dictum, & consequenter in jus possessionis & retinendi bona hereditaria, utpote quod quasi junctum ad heredes descendit, l. 30. ff. ex quib. caus. maj. ut proinde diutina possessio, quæ prodesse cæperat defuncto, etiam proficit ejusdem heredi §. 12. Inst. Usu cap. & l. 31. §. 5. ff. d. Usurp. & Usuc. sane hoc loco non fuit vacua possessio, ut eam alii citra vitium occupare potuerint, Carpz. lib. IV. R. 19. n. 6. §. 3. par. 3. Dec. 225. Nec obstat, quod in. l. 53. pr. & l. 30. §. 5. ff. d. A. vel. A. P. it. l. 1. §. 16. ff. si. is, qui test. lib. esse. jus. & passim dicitur, possessionem nisi naturaliter apprehensam, non transire ipso jure ad heredem; siquidem hoc fallit in præsentia casu, ubi non agitur de delatæ hereditatis possessione noviter acquirenda, sed vivo marito acquisita contraturbatores & spoliatores conservanda, quæ facit, ut ne ullo temporis momento hereditas jacuisse existimeretur l. 138. ff. d. R. J. & l. 54. ff. d. A. vel. O. Her. Similiter nec viduæ nocet, eam quidem tempore mortis mariti fuisse in præsentia possessione bonorum ejus, sed ab ejusdem vel hereditus vel creditoribus seductum plandis sermonibus sub specie

H

cie

cie paratissimæ satisfactionis, quam desideret. Nam licet  
 prevasa discesserit, tm. tanquam spollata ante omnia erit  
 restituenda non secus ac si vi dejecta sit de possessione *l. 1. C. Si  
 per vim vel alio modo abs. poss. turb.* Si quidem dolosæ pervasi-  
 ones sæpe plusquam operantur, violentæ operationes *l. 1. §.  
 3. ff. d. serv. cor. junct. l. 13. ff. quod. mce. caus.* ut proinde in his  
 casibus, prout nempe circumstantiæ diversimode sese  
 habebunt, viduæ propter possessionem acqvisitam tuendam  
 vel recuperandam succurrendum sit interdictis vel retinen-  
 dæ, uti possidetis, aut Utrubi, vel etiam recuperandæ pos-  
 sessionis, Unde vi, §. 4. *§. 6. Inst. d. Interd.* Omnium autem  
 optime sibi consuleret vidua, si quidem apprehenderet re-  
 medium ex *can. redintegranda 3. q. 1.* utpote quod plenissi-  
 mum est, & cum omnibus aliis possessoriis concurrat, com-  
 petitque ei, qui sine justa causa a possessione cujuscunque  
 rei recessit, adversus quemvis detentoræ, *vid. Eckolt ad tit.  
 Dig. d. vi §. vi arm. §. 15. it. Gall. l. II. Obs. 75.* Ut inde, etiam-  
 si de justo possessionis titulo nondum satis constet, tanquam  
 spoliata hujusmodi in casu ante omnia sit restituenda *vid. Col.  
 d. proc. exec. p. 1. c. 2. n. 222.* cum non tantum is, qui olim pos-  
 sedit, præsumatur etiam hodie possidere, *c. olim. X. d. Restit.  
 Spol.* sed etiam quilibet possessor injustus sine causæ cogni-  
 tione, possessione sua non sit privandus *arg. l. 3. C. Unde vi.*  
 Quoties autem vidua obtinuit contra turbatores in possessio-  
 rio instituto, tenebitur ad Inventarii compositionem, rati-  
 onum redditionem, periculorumque inde dependentium  
 præstationem, *Carpz. p. 2. C. 25. d. 14.* A quo onere si malit  
 liberari, non erit inconsultum, si tempestive Curatorem Bo-  
 norum peteret, *Id. d. l. n. 2. §. Col. d. proc. exec. p. 1. c. 2. n. 224.*  
 ut hic eidem vel aliquid ex bonis mariti interim assignet,  
 quod

quod illatis aut etiam aliter debitis respondeat, vel etiam dotis usuras præstet, vel alio modo satisfaciat, *vid. Carpz. l. 17. R. 12. n. 11. 12.*

§. 6.

Hactenus de Possessorio remedio. Ad Petitorium referimus Actiones tam Personales, quam Reales. Actione personali habet vidua sibi obligatas omnes supra nominatas personas sustentantes vel ex vero vel ex quasi contractu vel ex ipsa Legis dispositione. Ex vero contractu, siquidem de Sustentatione in Stipulatione dotali fuerit cautem, cum contractus, obligatio & actio, qua uxori teneri cœperat defunctus, ad Successores transeat, *l. 13. C. d. Contr. & comitt. stipul.* Ex quasi Contractu, siquidem Testamentaria aliqua hanc in rem præcesit dispositio, juxta quam hæres adeundo, vel quilibet etiam Successor obstringitur, *L. 2. §. 1. & t. t. ff. d. Alim. & cib. leg. jung. §. 5. Inst. d. Oblig. ex quasi. Contr.* Ex Legis dispositione oritur Condictio ex Lege, *t. t. ff. d. Condict. ex L.* dum ex iis, quæ in priori capite proposita, Sustentationis fundamentum per textus hinc inde adductos quidem demonstratum, sed nullum in simul specialis exinde fluentis Actionis nomen ibidem inditum jam compertum fuit.

§. 7.

Ad Actiones Reales perveniendo; quamvis Vidua eadem auxilia, quæ quidem Doti competunt, ob aliqualem ejus cum Sustentatione convenientiam, *vid. Harem Pisl. Lib. II. quest. 37. n. 4.* suas partes trahere, atque ita pariliratione, abolita atque transmutata rei uxoriæ actione per §. 29. *Inst. d. Action.* pinguioris juris ergo *Vin. ad. d. §. 29. n. 2.* ex Stipulatione agere posset, etiamsi nulla solennis Stipulatio intercesserit, *L. 117. §. 1. C. d. R. U. A.* Quoniam tamen major est neces-

fitas Sufstitutionis, quam Dotis, *vid. Dn. Schvöndend. in Annot. ad Eckolt. Comp. Pand. tit. de. Jure. Dot. §. 4.* hinc melius agitur, vidua, electa tantum ex Dotis favore fluente hypothecaria actione, Sufstitutionem exigat. Tameſi enim mulier ſaltem ratione Dotis jure hypothecario *per L. un. §. 5. ut plenius, C. d. R. U. A. junct. Conſt. Et. 24. p. 2.* gaudeat, proindeque iſtud ad acceſſorium, nempe Sufstitutionem non ſtatim ſit extendendum, præprimis cum ſine expreſſa Lege tacita hypotheca non contrahatur, *L. 1. in med. C. Commun. de. Leg. ut taceam,* quod ea vix acceſſorii nomine poſſit notari, quoniam maritus etiam ad iſtam eſt adſtrictus, ſi indotatam ſibi adjunxit, *vid. Surd. de Alim. tit. 8. priv. 49. n. 2. §. tit. 1. qu. 12. n. 11.* Ex quibus omnibus poterat videre, quod ſi apud iuris certandum eſſet, utique non poſſemus non contrariam in adſtruenda, pro Sufstitutione, tacita hypotheca, efferere ſententiam. Verum enim vero cum præter textus, in quibus Sufſtitutio expreſſe tanquam acceſſio dotis conſideratur *per l. 29. vb. ſed fructibus earum ad Sufſtitutionem, C. d. Jure dot. §. l. 12. pr. vb. non de dote mulieris, quam ad ſuos viçtus, juasque alimonias, C. qui poſt in ping.* atque ex quibus etiam quaſi de expreſſio jure tacitæ hypothecæ colligitur *in l. un. §. 1. C. d. R. U. d. §. L. 18. ff. qui pot. in. pign. jung. Col. d. Alim. Lib. 1. c. 10. n. 49.* habeamus partim confirmationem omnium ferme *DD. aſſenſum in ſententia affirmativa ſtabilienda, conf. Col. d. l. n. 48.* & partim etiam, quod præcipuum eſt, iſtaſtre Cameræ Imperialis ab eadem ſtans parte præjudicium *apud Myſſ. Cent. 1. Obſ. 64. n. 5.* quoniam hanc etiam ob cauſam, eandem in ſententiam pedibus ire poſſemus, nulli dubitamus, *arg. §. ſin. Inſt. d. Saurſd.*

## § 8.

Sed quid ſi contra has Actiones, ob alias concurrentes  
cir-

circumstantias, quis Appellationis remedio sibi prospicere velit; quær. An audiendus? Non equidem ita facile admittitur Appellationis beneficium propter sententiam favore Sustainationis laram, cum causa moram non patiatur. *L. 6 in fin. ff. d. Appellat. jung. Scacc. de. Appell. quest. 16. limit. 7. n. 19. & Coler. de. Alim. lib. III. c. 15 n. 7.* Præfens enim hoc negotium pari propemodum ratione sese habet, ac quidem in Dotis causa, ubi iudem, si contra mulierem sententionatum, Appellatio admittitur, non autem si pro ejus favore sententia edita fuerit, *vid. Sur d. de. Alim. tit. 8. priv. 60. n. 25. & Scacc. de. Appellat. quest. 17. limit. 8. n. 7.*

## §. 9.

Ita igitur de Actionibus Personæ sustentandæ succurrentibus vidimus. Exceptiones personis sustentantibus conducentes tandem eum erunt quoadantenus perpendendæ. Et spectant huc Exceptio rei, quæ viduæ adhuc debebatur, jam præstitæ, cum cessante causa, merito effectus esset, *cum cessante 61. X. d. Appellat. jung. Col. d. Alim. Lib. II. c. 12. n. 136. & 137. ii.* Exceptio mortis quando heredes viduæ de eo favore continuando instant, cum ex parte hujus accipientis fuerit quoddam personala, de quo tanquam aliquo singulari *vid. Carpz. de jure Fœm. Decis. 9. tb. 10. n. 32. & Dn. Wildvogel in disput. de jure. Retent. vid. tb. 24.* atque ad heredes non transmissibile *l. 8. §. 10. ff. d. Transact. jung. Carpz. l. IV. Rp. 57.*

## §. 10.

In specie etiam huc spectat quoad Retentionis beneficium Exceptio oblatæ cautioni fidejussoriæ, eo tantum in casu si vidua, cum nupsit fidej. flores dotis bonorumque illatorum acceptaverit *p. text. expr. in Reichb. art. 24 sub. fin. vers. hat sie aber Bürgen dafür, jung. Moller. ad constit. El. 25. p. 2. n. 9. & Carpz. ib. def. 17. n. 3. & 4.* cum eo ipso tacite huic

H 3

Reten-

Retentionis juri renunciassse cenfeatur, *Borl. p. 2. Concl. 32. n. 14.* secus quidem, ac si præter talem conventionem de fidejussoribus agnoscendis initam viduæ istiusmodi cautio ex postfacto velit obrudi, uti id multis rationibus explicat *Martini ad Ord. Jud. Sax. tit. 45. n. 40.* Interim tamen Exceptio illa ipsam solummodo Dotis securitatem, quoad possessionem ex jure Retentionis apprehensam, afficit, non autem infimul Sustentationis beneficium a quo, tanquam ex provisione Legis ipsi competente, non recessisse videtur, *vid. Modest. Pist. quest. 48. n. 55. sq. ut. Gail Lib. II. Obs. 92. n. 13 & Mev. p. 8. Dec 160.* Item Exceptio illiquidorum illatorum, utpote quæ Retentioni contrariantur, ob convenientem cum Compensatione, quæ de debito liquido ad illiquidum non admittitur *L. ult. C. d. Compensat. naturam L. ult. C. Commod.* Id quod de jure Sax. constat *propter verba p. 2. Const. El. 25. in fin. ibi: Ihre Mitgiftt, so viel sie der zu beweisen. Ast de jure civili istud non adeo liquet, vid. Fab. in Cod. Lib. III. tit. 27. Def. 15. & Dn. Struv. Synth. Jur. Civ. Ex. 21 8. 19.* quam hoc quoque loco in Praxi superior sententia sit receptior, uti testatur *Mev. p. 2. D. 15.*

§. II.

Porro opponi potest viduæ Sustentationem desideranti Exceptio Adulteri, cujus statim cooninci queat *per Nov 117. §. 8. §. 2. in pr.* Alias etenim, donec de veritate criminis confiter, omnia conjugii jura in suspenso manent, ut inde dos & alia lucra haud quaquam interea temporis perdantur, *Berl. p. 4. Concl. 29. n. 52. ut. Card. Tusab. lit. A. concl. 309. n. 2. 3.* Adeoque vere postmodum convicta, omnia commoda quocunque modo obvenientia perdit, *Berl. d. l. n. 22. conf. Neneub. in Tr. d. Privil. Viduit. memb. 3. Sect. 2. lit. a.* atque per conse-

consequens ipsam quoque Sufstitutionem; *Card. Tusch. lib. 1. concl. 227. n. 15.* modo alias maritus, cum adhuc in vivit constitueretur, per scientiam suam, delictum istud neque tacite, neque expresse remiserit, *arg. cap. fin. X. d. Praef. Menoch. d. praef. Lib. 11. praef. 76. n. 5. jung. p. 4. Const. El. 21. & Carpz. ib. def. 4. 5. & 6.* Item, exceptio propriae culpae, quando vel mariti mortem accelleravit, *arg. L. 8. §. 2. C. d. Repud. Weichb. art. 22. 23. & Col. dec. 286.* aut ejus occasionem praebuit, per *l. 10. §. 1. ff. Solut. matrim.* Nam is indignus est beneficio, qui, quantum in ipso fuit, id egit, ut per negligentiam ac culpam suam, vel taedio, vel inedia, vel morbo conjux periret, *l. 3. ff. d. bis, que ut indign. const. El. 26. p. 3.* vel quando per nimiam suam saevitiam marito semper molesta exitiit, cum nemo propter delictum suum ex alterius bonis lucrum sperare debeat, *arg. l. 10. §. 1. Sub. fin. ff. Sol. matr. vid. Berl. p. 3. Concl. 36. n. 30.* vel quando sua culpa maritum ad inopiam redegit, quia non ignosci solet illi, qui se sponte in necessitatem aliquam conjecit, & frustra autor calamitatis suae Legis auxilium implorat, ut loquitur per *l. 145. ff. d. R. J. Carpz. p. 1. C. 28. Def. 85. n. 3.* Non autem etiam huc spectat scientia viduae marito obaerato nubentis. Nam licet negligenti & volenti non fieret injuria, *c. 27. d. R. J. in Ultio,* sed levitati suae imputaret, quod viro obaerato nupsisset *l. 3. §. fin. ff. Ut in poss. Legat.* atque ita mores mariti prodigalis non sine suspitione doli approbaverit, *arg. l. 41. §. 3. ff. d. Jure. dot. jung. Carpz. p. 1. c. 28. d. 84.* Quoniam tamen alias imbecillitati mulierum in Jure nostro succurritur *l. 2. §. 2. ff. ad. S. C. Vellej.* & dolus non facile praesumitur *arg. L. 51. ff. prov. Soc.* praecipue cum amor honestus non divitiis, sed solis animis aestimetur, *l. 3. in pr. ff. d. donat. int. vir. & ux. 11. in fin. pr. C. d. Repud.* benigniorem etiam

etiam æquoremque sententiam hęc amplecti, non minus justius, quam tutius fore putabimus per *l. 3. vers. sed in re dubia. Et c. ff. d. his que in test. delectant* quod nempe dotis suæ privilegium tam ad sustentationem, quam alium quemcumque favorem facientibus, etiamnum vidua in dicto causa frui possit, conf. hanc in rem *Decis. Elecl. nos. 6. atque ad eam Phil. Obs. 3.* Ulterius sustentationi oberit **EXCEPTIO LUXURIOSÆ VITÆ** intra annum potissimum luctus susceptæ, cum feminas præprimis pudor & verecundia, morum honestas & mentis solertia commendet per *l. 2. §. 1. C. d. his q̄b̄ ven. et at. jung. Ritterhus. in Jurispr. Justin. p. 4. cap. 4. n. 6. & e contrario per in continentiam suam, injuriam quasi inferant offibus meritorum, Richt. p. 5. Conf. 17. n. 14.* ut non immerito, postmodum perdant honorem, dignitatem, privilegia, & omnia primi matrimonii jura atque lucra ex viris, quos sic dehonestarunt, provenientia p. *Nov. 39. c. 2. jung. Brunem. ad Leg. sin. C. d. Incol. n. 7.* Et has quidem omnes rationes pro adstruenda hac sententia secundum mentem juris civilis ejusque hac in parte Interpretum, de quibus *sid. Neueub. in de Tr. d. Priv. Viduit. memb. 3. sect. 3. lit. a.* admitterem, non autem secundum jus nostrum Saxonicum, ubi, viduam aliquam luxuriosam, pudicitiam solum imminuere, non verò cetera jura sua amittere habemus *text. expr. in Landr. Lib. 1. art. 5. in med. vb. Ein Weib mag mit Unkeuschheit ihres Leibes ihre Weibliche Ehre tranken, ihr Recht verleiht sie aber damit nicht / noch ihr Erbe, conf. Berl. p. 4. Concl. 31. n. 18. sq. Carpz. p. 4. C. 21. d. 7. & 8.* Denique & **EXCEPTIO SENUNCIATIONIS EXPRESSÆ arg. L. pen. circa fin. C. d. pact.** modo ea ipsa in terris nostris cum consensu Curatoris conjuncta fuerit, sine quo alias acta mulieris nullius sunt momenti p. *2. Conf. Elecl. 15. jung. Dn. Stryk. de Caut. Contr. Sell. p. c. 5. §. 4.* cum facile sequitur ille sexus ex judicii imbecillitate, contra propria commoda plerumque laborare solet, *b. 4. C. d. Sponsal.*

§. 12.

Atque hæc equidem sunt, L. B. quæ de materia hac paucis & parce satis delibata, conscripsimus. Oportandum modo esset, ut jam istud quoque non restaret, quo nos, instar Obaratorum tua indulgentia sustentandi rogare cogimur, ut ignoscas, sicuti vel deseximus, vel voto tuo in omnibus haud respondimus, & si quid nostri relictus istis, candide impetariis. Nostrum quoque erit, agnoscere imbecillitatem, grateque animo notatam excipere, cum, quotidie adhuc aliquid addicere, nemini sit opprobrium *arg. L. 20. ff. d. Fideic. Libert.* Ceterum Deo simul Ter. Opt. Max. pro concessis hac in parte viribus, maximas affundimus gratias, utque nobis porro in quibuscunque rebus, ad Sui gloriam proximique emolumentum benignitate sua estusissima velificare, & qualem qualem sequentibus adhuc temporibus exentlandum laborem, tua quoque benedictione sustentare velit, submisit rogamus.

D. S. L. E. G.







Leipzig, Diss., 1691  
X 237 3099

107







1691, 5 b  
6 / 29

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE

VIDVA, VSQVE DVM IPSI  
SATISFIAT, EX MARITI  
BONIS SVSTENTANDA,

Von der Weiber Gerechtigkeit, so nicht befugt,  
aus ihres Mannes Gütern zu weichen, bis  
ihr Eingebrahtes ersetzt ist.

P. 419

QVAM  
DIVINA FAVENTE GRATIA  
ET  
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS INDVLGENTIA  
PRAESIDE  
DOMINO

GOTHOFR. NICOLAO ITTIGIO,

PHIL. ET J.V.D. P.P. ET FAC. JURID. ASSESSORE,  
DN. PRAECEPTORE AC HOSPITE, OMNI  
OBSERVANTIA AETATEM COLENDO,  
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVIVISIONI  
SVEMITTIT

Christian Ehrenreich Strobel,

DRESD. MISN.  
IN AVDITORIO JCTORVM  
AD D. XIII. AVGVSTI ANNO MDCXCI. Leipzig

VITEMBERGAE, RECVSA, Ao. 1748.

